

Biblioteka Śląska

113650


I

MF

CIMELIA

XVII


Kzg 1 2257/67 100 000



3502

Bibliothek
Zentralinstitut
für
Oberschlesische Landesforschung

Zentralinstitut
für
Oberschlesische Landesforschung
Bücherverzeichnis Nr. 3502
Buchzeichen Nr. A / Polen. Büch.
Standplatz Nr. II / 111



PHILIPPI
CALLIMACHI
DE REBUS GESTIS A
VLADISLAO POLONORVM
ATQVE HVNGARO-
RVM REGE

LIBRI TRES.

Bibliothek

Oberschlesische Landesforschung

Antonius Librowski


CRACOVIA.

In Officina Lazari: Anno Domini,

M. D. LXXXII.



Clariss. Reg. excellens et. V. D. Jacobo Goriscio.



* Biblioteka
Wańkowicz

113650
MF I

*ILLVSTRISSIMO ATQVE
AMPLISSIMO VIRO ANDREÆ
Sborowio, in Poloniæ regno, Sacrae
Regiæ aulæ præfecto,*

*Io. MICHAELIS BRVTI IN
Philippi Callimachi nouam historiæ
editionem Præfatio.*

NON NVNC PRI-
mum, Andrea Sboroui,
queri auditii sumus, lauda
bilem morem pæne no-
bis obsoleuisse, honestan-
di claros homines tū sua
virtute, tum maiorum no-
bilitate, eorum inscriptione, quæ digna luce
posteritatis edimus: & merito quidem, vt no-
bis videmur, queri auditii sumus. Accidit
hoc vero partim eorum culpa, qui genere of-
ficij maxime virtuti debito, aut ad gratiam,
aut ad quæstum abutuntur, eos appellando,
quos nulla insignis virtus illustres reddit; par-
tim eorum ambitione, qui quas ipsi laudes
non merentur, assentationibus leuissimorum
hominum se assequi posse sperant, quorum
scri-

scriptis; atque ingenij monimentis celebrantur; partim genere scriptorum, quę s̄æpe de ludicris rebus, vtinam non de flagitiosis, id quod accedit haud raro, non solum eos non ornant, quibus inscribuntur, sed turpi etiam afficiunt nota pudoris: cum quidem verissimi le videatur, quibus maxime scriptis delectantur, a studiosis sui hominibus ornari, Ita debitum summis hominibus genus honoris, per obscura nomina perulgatum, ijs vile esse cœpit, quibus maxime erat expetendum, & ijs esse dedecori, qui, tamquam leonis exsilio Cumana bestia, inflati inanibus honorum titulis incedunt: quorum luce, nisi indices eorum virtutum sint, quę dignę magnis hominibus habeantur, insigni cum offensione, si quę insunt fordes, positas summo loco produnt: quę in obscura vita, & domesticis tenebris, conscientiam hominū fugissent. Nam de eorum flagitio, qui non merentibus tantū honorem habent, spe compendij, aut commodi projecti, perinde atque eorum nequitia requirit., dici satis vehementer haud potest. Honorēm enim virtutis præmiū in terris maximum, iam sibi spondent, si superis placet,

non

non quos bella ornant pro pátria gesta, parte victorie, acti triumphi, sed res aucta malis artibus, ac fenore in immensum exaggeratę opes: quibus iam, prauo rerum iudicio, nostra memoria principatus, & ditiones maximas, e medio conuentu, & foro negotiatores cōsecutos videmus: vt si quādo mihi in mentē veniat, virum principem hoc genere honoris appellare, verear, ne mihi audiēdum sit, quod Augustus olim, coruum salutatorem afferenti, dicitur salutatus respondisse: Satis se multos domi habere salutatores; aut, quod Atheniensibus ille respōdisse fertur, statuam in Ceramicō pollicentibus: Non se amare gregales. Nullus enim adeo magnus, atq. insignis est honor, quin vulgatus multis, atque infimis vilescat: vt nē auro quidem, aut gemmis, & vnionibus matronę vtantur, si sit eorū promiscuus apud omnes ordines vsus, haud ægre ferentes eo ornatu carere, qui cum nobilitati sit ornamento, sublato rerum discrimine, fortunę insigne non minus, quām virtutis conspiciantur: quæ vna inter homines, a multis paucos distinxit, quos cætera natura pares, rerum gestarum gloria, & meritis in genus ho

minum maximis, superiores reddidit. Sed nū-
quam tamen vincet hæc tanta scriptorum li-
centia eorum constantiam, qui ipsi digni lau-
de, eos testimonio suo ornant, qui nō minus i-
psi laudi sint se laudantibus, quām ab illis ipsi
laudati dicantur. Vt enim olim Alexander di-
gnus, cuius effigiem Appelles coloribus, Ly-
sippus ære, Pyrgoteles gemma repræsentaret;
digni illi, quibus tātum hoc munus, regis ma-
ximi edicto permitteretur: ita quos summa
virtus loco excuso constituit, & que digni, qui
testimonio scriptorū illustri posteritati confa-
crentur; ac digni illi quorū scriptis, quasi cō-
municatione quadā reciproca honoris, res a
summis hominibus gestę consignentur. Ac de
me quidem ne mihi multa dicere necesse sit,
qui quasi mihi exprimendi tui animi, atq. in-
genij effigiem, partes sumpserim, & maxima-
rum virtutum, quibus & tibi & que, & patrię
es ornamēto; facit sapientissimi regis, & for-
tissimi de me iudicium: qui nisi aliquid in me
vidisset, quare me existimaret parem tanto
muneri ferēdo fore, haud me dignum duxis-
set, cuius stilo res ab illo gestæ posterorum
memorię mandarentur. Evidem sentio quā
graue

graue mihi onus impositum sit, & quam tenues meç sint vires eo sustinēdo ; sed quo minus oneri succumbam, quanto illud grauius, tanto in me maior excitata industria, & vis in genij efficiet : cum nihil vñquam verius dictum sit, quām nihil esse difficile volenti ; & numquam eximia voluntas fuerit in agendo infelix. Nam illud ipsum, Velle præclare, vbi quis minus etiam quò animum intendit, cursu secundo prouehatur, numquam non consecuta est summa laus: que non prius in re ipsa , quām in animi conatu præclaro posita est. Et de me hæc tantum quidem, vel nimis potius multa : de te dicenti latissimum aperit campum, ad tuas persequendas laudes, singularis tua virtus : impedit cursum mea spōte incitato perspecta mihi modestia tua summa , numquam non magnę virtutis comes : que, cum animum expleat conscientia rerum cum laude gestarum, non quærit extra se vberius præmium in alienis laudibus : quibus non magis carere potest, quām umbra corpus. Quid vero esse in te obscurum potest , summo homine non solum generis nobilitate, & familię splendore, sed virtute tua, vnde

vera

vera nobilitas est, clarissimò, atque amplissimo ? Non patitur modestia tua, atque adeo mea, quod facile possim, me ex illustribus antialium monumentis commemorare, quot ex vestris maioribus sint summis reipub. magistratibus, & honoribus functi: hoc vnu, quod vere dici potest, non tacebo, nullum haberi in Poloniæ regno genus honoris , qui maximus, atque amplissimus summe virtuti habetur , quo non vestra familia & nunc splendeat, & auorum memoria semper clara, atq. illustris floruerit. Est vero ea certa ratio honorum gerendorum , vt cum ijs mandantur , quorum similes maiores tui fuerunt, ijs testimonium reddant non fortunę, non gratię, nō popularis aure, sed virtutis, iustitię, innocentię : que virtutes maximę ita magistratus, & dignitates ornant, vt nullum ipse accipient a magistratibus, & dignitatibus ornamentum. Sed vetera illa sunt familię vestre decora, que magna virtute parta a maioribus, vobis generosam animis cupiditatem ingenerant , cum ijs de magnitudine glorię certandi. **Quibus** quidem si det aliquis deus , vt repente existant, tum vero vos, hoc nomine, vere suam prolem

prolem agnoscant , & se a vobis vinci in vir-
tutis contentione pulcherrimum , ac specio-
fissimum ducant : nemo enim vere parens ,
quin velit liberos, germanam suam effigiem,
atque imaginem, se esse meliores. Illa vestra
ornamenta habenda,& quę vos vestro merito
clarissimos non Polonos solum, verum e-
tiam exterios homines, ad quos fama vestri no-
minis perueniat , cogat amare, colere, suspi-
cere, ornare titulis , elogijs , inscriptionibus :
quę non prius tamen, quam illustris vestra vir-
tus, fidem faciant, vos eo loco natos, qui am-
plissimus , atque ornatissimus in omni bene
constituta repub. habetur. Honores vero illi,
quos merita præclara in homines præcurrūt,
& vna virtus conciliat: qui vt etiam sint sum-
mi , sordent, vbi magis fortunę testes , quam
virtutis conspicuntur. Quod quidem acci-
dat necesse est, vbi in claro homine, cuius qui
dem , quasi in magna luce , debent conspiciri
multa iustitię, sapientię, fortitudinis documen-
ta : nequitię atque improbitatis exempla in-
signia spectantur. Claruit in vestra familia
hæc laus, vt cum fortuna contenderit maior
semper virtus, & magnitudo animi. Nam, vt

nimum vetusta omittam , quę monumentis
literarum sunt a multis consignata , Andree
Sborouij aui tui , cuius vt nomen , ita animi
effigiem refers , Ioannes filius idem senator
amplissimus,idem fortissimus belli dux,nobi-
litate quidem maiorum clarus,propria virtu-
te multo clarior , copiarum regiae aulae dux,
vita cum laude acta, Orsensi praelio illo me-
morabili, in quo est cum Moscho debellatū,
insigni gloria est functus. Cuius virtutis æmu-
lus Nicolaus frater,pietatis in patriam monu-
mentum, cuius numquam est interitura laus,
Obertincensi pugna, aduersus Valachos, glo-
riosā morte consecravit. Inde Martini paren-
tis tui beatam,& numerosam subolem floren-
tem nobilitate, domesticis copijs,bellica glo-
ria, eloquentię, atque ingenij laude, omnibus
animi , nature , fortune bonis ornatissimam,
insigne humanarum rerum felicitatis exem-
plum vestri homines viderunt ; fama apud na-
tiones exteris peruagata celebrauit. Sustulit
iuuenem Martinum natu maximum imma-
tura suis,acerba patrię mors,bello Liuonico;
sed vt ex vnius occasu , maioris glorię ortus
nobilissimam familiam clarissima luce illu-
strarit,

strarit , cuius est nullus umquam futurus occasus. Nam Petrum Sboroum fratrem tuum Palatinum eundem,& præfectum Cracoviensem, qui summus semper est habitus honor in Polonię regno , eodem tempore vidi-
mus ita amplissimum gerentem magistratum,
vt magnitudinem honoris,auctoritate æqua-
rit, parta opinione ingenij,sapientię, facultate
dicendi summa ; Ioannem Gnesnensem castel-
lanum, eundem regiarum copiarum ducem ;
te summum aulæ regiæ præfectum ; Samue-
lem , Christophorum in spem certam eorum
honorum erectos , quos numquam summa
virtus,cōiuncta cum pari nobilitate desidera-
uit. Hoc enim visus est spectasse pater vester,
vir sapientissimus,vt cum omnia in vobis insi-
gnia essent,fortunę,corporis,animi bona,litte-
rarū & bellicę glorię decus,nihil esset virtute,
& magnitudine animi luculentius. Ac de alijs
quidē, si est vita superstes par iustis votis futu-
ra,quod me iuuat sperare,dabitur alius dicen-
di locus : de te quidē, ob eam causam,agam
paucis , quòd tuę virtutes collocate excuso ,
atq. illustri loco,nec prædicatore indigēt,nec
teste; & ipse semper dedi operam,vt,quos mi-

hi patronos adoptarem , ij mihi essent orna-
mento ; vnum ipsi a me referrent testimoniu-
m laudis luculentissimum, vt , si quid in me
iudicij esse homines existimarent , eos crede-
rent a me delectos, non, quibus ego mea ora-
tione lucem afferrem, sed quorum ego splen-
dore clarior ornati orque essem. Ut enim qui
in tenebris agunt, vnam poscunt lucem, quam
qui desiderant , vitam sibi acerbam ducent ,
cuius illa vita, atque anima est; ita qui minus,
ipsi e claro loco sua virtute elati conspicuntur,
ad eos confugiunt , quorum auctoritate , &
gratia, lux quam a se non habent, ea agenti-
bus, que sint digna laude, oboriatur. Insigne
vero argumentum habet ad virtutem exag-
gerati animi, vnum deligi e multis, a quo lu-
men expetatur ad verum glorie decus : quod
naturę instituto , est nato homini amabilissi-
mum in vita habendum. Nam, vt ipse de me
loquar, nemo ita male de me existimet, vt in
eorum delectu habendo, quibus me dedam,
quos duces , auctores rerum omnium habe-
am , in quorum tutela , & præsidio acquie-
scam, patiar a me iudicium desiderari. Quis
vero ita est excors, qui cum luce indigeat, &
pateat

patcat a sole, claro, & sereno die, eam a face,
& a funali petat? Neque ego vero in te pri-
us spectaui fortunam, & quę alijs sunt prima,
nobilitatem, splendorem generis, familię am-
plitudinem; quām quę tua vere sunt, omni
fortunę munere celsiorem, atque erectiorem
animum, carum artium decus, quę viris for-
tibus ad res magnas gerendas aditum patefa-
ciunt, glorię studium, cuius cupiditate incen-
sus, damnato inertī otio domi, in externam
adolescens militiam profectus, clarissimum
tuę virtutis documentum dedisti, grauissimo
gerendo bello, quod aduersus potentissimum
hostem, pro tuenda maiestate Christiani no-
minis esset susceptum. Neque in te est con-
stantia vñquam desiderata vitę instituto tu-
endo: ita enim pacis tempore senator inter
principes de repub. sententiam dicis, vt dela-
to tibi munere recte obeundo, debitam pie-
tatem patrię præstes; foris apud regem fortis-
simum gerenda re, aduersus hostem bellicis
copijs, militum numero, situ locorum, soli, &
cæli inclemētia creditum inuictum; in ex-
peditionem eundo, per silvas squalore horren-
tes, & vastas solitudines, quā numquam ho-

mines vestigia impresserunt , militem ducendo, nihil tibi reliqui faceres ad summam laudem : cuius monumenta illustria in Polonorum annalibus cōstituta in omni posterorum memoria exstabunt. Quę quidem qui intuentur facile intelligunt , neque tibi laudatorem quærēdum, qui circumfusus rerū abs te gestarum gloria, cumulate habes, vnde in posteros redūdet; & recte fecisse me, qui, cum paucis, te tantū mihi patronum statuerim adoptādum. Atq. hæc quidē tua ornamenta sunt in omniū oculis posita; illę sunt tuę interiores laudes; in coniuctu, & sermone cum tuis, cum exteris, facilitatis, commoditatis, obsequij , comitatis , munificentię, liberalitatis : quę virtutes proprię morum, & ingenij in viro principe quanti faciendę sint, corum exempla docent, in quibus, quamquam rerum gestarum gloria clariss. hæc morum elegantia, & ingenij facilitas est desiderata. Cum tu vero es in omnes alios prolixus , tum es maxime effusus in nostros : quos apud te eximios ita in honore habes, vt nemo sit in Italia natus , qui , vbi cumque sis, non credat se habere acerrimum paratum patronum. Nam & nunc habes in tuorum numero

mero Sebastianum Criuellium, & patria nobilitate, Mutinę e clara familia natum, & ijs artibus instructum, quę nisi in eo insignes escent, neque illum rex maximus dignum honore equestris ordinis, quo illum ornauit ; neque tu dignum adeo censuisses, cuius fidei, quę sunt tibi in vita carissima, & cum ijs te ipsum credidisses. Hę me caussę mouerunt, satis per se graues, vt nihil præterea accederet, qua re te eo loco haberem, quo vir nobilissimus, & multis suis, multis maiorum meritis amplissimus colendus mihi obseruandusque videtur. Quid cum his accessit eximium tuum de me iudicium, quem vix tibi cognitum fama, in magna principum celebritate, vt non posset tuum officium obscurum esse, complexus summo amore, ac pari verborum honore profecutus es ? Mei vero ego citius potero, quam eius diei obliuisci ; qui non solum mihi illuxit honestissimus, quod illustri loco mihi contigerit vobiscum conuiuium inire, summis hominibus, sed quod licuit alio te referre eius testimoniū laudis, quam numquam ego agnoui, tum ob eam caussam tacitus agnoscere viuis sum, quod mihi, cui multum in facultate

dicen-

dicendi tribuebas, verba decessent, quibus tibi, pro tuo in me merito, parem gratiam referrem. Cuius mei studij declarandi cauſa, & vt simul debitus familię tuę honos habeatur, placuit tuo nomini inscriptam Philippi Callimachi historiam in lucem emittere, cuius exemplar manu scriptū mihi vir illustrissimus P. Sborouius Palatinus Cracouensis frater tuus dono dedit, paucis ante mortem diebus. Qua de historia cum luculenter, & ornate, tum grauissimis de rebus scripta, multa mihi essent dicenda, si hoc modo vnius epistolę angustiæ paterentur: vnum hoc dicam, & quidem non sine iustissima querella nostrorū temporum, factum esse, per infinitam quandam scribendi licentiam, qua nostri homines, inanis glorię æstu incitati feruntur, vt clarissima monumenta doctorum hominū, in magna scriptorum turba obruantur: qui paullo supra nostram ætatem magna eloquentię gloria domi forisque floruerunt. Nouitate enim fere homines vitiō humani ingenij, non magnitudine, & præstantia rerum ducuntur; vt non ea laudent, quę docet ratio esse laudanda, sed quę noua, & non antea excogitata, vix
venit

venit in mentem credere, cum sint, fieri vlla
ratione potuisse: quod a sapientium homi-
num iudicio longe alienum est: qui non spe-
cie rerum mouentur, sed quam venustę, con-
cinnę suis partibus omnibus aptę, perfectęq.
sint, siue sint artis, siue naturę, sibi spectandum
existimant. Itaque ferunt, Zeuxim nobilem
pictorem, cum celebrem illam hippocentau-
rorum tabulam spectandam populo dedisset,
&, ingenti hominum concursu facto, multo-
rum voces audisset, ita nouū tabule argumen-
tum laudibus efferentiū, ut de pictoris inge-
nio, & recōditiore artificio ne verbū quidem
facerēt; iratū continuo velari tabulam, ac su-
os referre domum iussisse. Sapientes homi-
nes, quibus nihil est nouum, totum hoc po-
pulo remittunt: neque, si quod signum e mar-
more, aut ex ære spectant, illud probant ex
argumenti nouitate, sed ex eius arte, atq. in-
genio, cuius ex officina prodijt, siue ille pri-
scis temporibus, siue nostra memoria florue-
rit. Perdiu iacuit politissimus scriptor hac tem-
porum iniuria, quasi in obliuionis tenebris:
cuius scripta, si cum multis conferantur, quæ
quotidie fere in lucem emittuntur, facile ap-

parcat, quantam iacturam: politiores litteræ
fecerint, quæ tamdiu huius scriptoris luce ca-
ruerunt. De cuius ingenij laudibus ita illu-
stria doctorum hominum testimonia exstāt,
vt si illius nulla scripta supersint, quæ corum
de se iudicium tueantur, cumulate in primis
laudatus videri possit. Itaq. hoc præstitimus,
quod nostræ fidei, atque ingenuitatis certum
munus visum est: vt ex his omnibus quasi in-
stauratum veræ illius gloriæ monumentum,
cuius memoria plane exoleuerat, posteritati
consecraremus: magna spe futurū, vt, hoc
nomine, studiosi rerum cognoscendarum ho-
mines, partem nobis eius fructus, quem, Cal-
limachi historia legenda, sunt relaturi, æquo
animo referant acceptam; tibi quidem, quòd
eam nomine tuo illustrissimo, quasi vallo mu-
niendam statuerimus, facile simus nostrum in
te studium, atque obseruantiam probaturi.
E quidem semper in eo elaborauit plurimum,
vt illustranda corum gloria, quorū esset vir-
tutem æmulatus, facerem fidem, ad eandem
ingenij laudem mihi comparandam, vires pa-
res, animum certe, qui ynus in rebus omni-
bus spectandus est, nemini debitam virtuti

laudem

laudem inuidentem haud defuturum. Ad hoc
accessit impositum mihi munus a rege sapi-
entissimo scribendi Pannonicas res , quarum
iam iustum volumen confecimus , vt in eo-
dem argumento versatus , in quo plurimum
Callimachus præsttit , & quidem in eadem
regia,in qua ipse maxime auctoritate, & gra-
tia floruit, videar, quasi vicarius tam præclari
operis, hoc fidei , & constantię meę officium
haud negligere potuisse. Valeas diu felix,&
patriæ, & tuorum eximum decus : qui, non
tua malis,quām patrię & tuorum caussa esse
felix. Datum e Regia Cracou. cl. I.
XXCij. V. Idū Februār.

PHILIPPI CALLIMACHI

vita brevis descriptio.

HI L I P P V S C A L L I M A-
chus ortus dicitur Sangeminiano, no-
bili Etrurię oppido, quod a Deside-
rio conditum, qui vltimus Langobardorum
regum in Italia regnauit, olim in Senensium,
tum in Florentinorum ditione erat. Quę cau-
ssa nonnullis fuit, vt eum Florentinum appel-
larent; dignum certe habitum, quem, propter
summam eruditioñem, & politiorum littera-
rum elegantiam, adeo nobilis patria sibi ci-
uem adoptaret. Is inter multos, quos claros
litterarum fama Pij Secundi pontificatus Ro-
mam exciuit, ccelebri tum academię Romę,
cuius erat princeps Pomponius Lætus, vir in
eloquentię studijs illustris nominis, seſe addi-
xit, & quidem ijs auspicijs, vt breui carus o-
mnibus; apud pontificem, ingeniorum æsti-
matorem acerrimum, præcipuo in honore
fuerit. In cuius demortui locum, Paullus Se-
cundus suffectus, parum æquus studiosis ho-
minibus ingenuarum artium, magnum co-
rum numerum ex vrbe eiecit, cum Pij ponti-
ficiis memorię infensus, insigni ærarij iactura
que-

quereretur , otiosos , & inertes homines ali,
quorum industria nulla in re v*sui* reipub. es-
set. Auxit Paulli odium in eum ordinem, siue
a vero orta fama, siue temere suscep*ta* suspi-
cio, illustres adolescentes ingenij gloria , qui
Romanę academię nomina dediscent, aucto-
re Callimacho , in cum coniurasse , commu-
nicatis consilijs cum Pomponio Læto, Bapti-
sta Platina , alijs, quos tum litterarum decus,
atq. eloquentię fama commendabat. E qui-
bus, iam inde ab initio pontificatus, ausus Pla-
tina suscipere communem caussam, litteras ad
illum dederat querellarum plenas , quarum
hæc erat summa : Quando Romano pontifi-
ciper imperij potestatem licuisset, doctissimos
homines, atque innocentissimos, indicta cau-
ssa, damnare, cogere in ordinem, multare sti-
pendijs, ex ea vrbe pellere, in qua sedes, & do-
micum Christiani imperij esset : non debe-
re illum ferre iniquo animo, si pulsi, per sum-
mam iniuriam , de auctore iniurię , id quod
permitterent diuina omnia, atq. humana iu-
ra, quererentur. Adituros se Christianos re-
ges, liberas ciuitates, nationes exteris omnes,
qua coleretur Christi nomen, omnium fidem

imploraturos, vt, in dicto patrum concilio, ad
quos legitime congregatos esset iusta a pon-
tifice prouocatio, reddere caussam, honestissi-
mis hominibus inuste ignominię, atque illa-
tæ iniuriæ cogeretur. Neque hanc scribendi
libertatem Platina impune tulit. Nam in car-
cerem iussu pontificis coniectus, & compedi-
bus vinctus, iussus est caussam dicere, dato mi-
nistris negotio, vt de eo tormentis quærere-
tur. Atque hanc ille ærumnam, se per quattu-
or menses tulisse ait, fæuissima hieme, cum
excelsa turri inclusa, & ventis omnibus ex-
posita, ne ignis quidem facultas daretur, quo
vi frigoris membra rigentia foueret. Verisi-
mire quidem est, homines suopte ingenio a-
cerrimos, & vt impotentes contumelię, sic iu-
sto dolori vlciscendo pares, quem contume-
lię memoria alebat, de adhortandis regibus
ad cogendum concilium cogitasse: id quod
tum coram oratione præstare, tum scriptis fa-
cile eruditis hominibus, & disertis licebat.
Itaque & Pomponius Lætus Venetijs retrah-
etus, quò se receperat, pontificis offenditionem
veritus, & cum Platina iam semel defuncto
vitę discrimine, adolescentes permulti; quos
tormentis

tormentis subiectos, magnitudine cruciatuum
tortores idē fatigasse ait; in his Augustinum
Campanum, quem vnicum Italie decus ap-
pellat, & adolescentē optimum, cum vim ciu-
ciatus non ferret, mortuum esse dum torque-
retur, affirmat. Ergo Callimachus siue con-
scius consilij, periculum facere suę constantię
in tormentis non auderet; siue falso insimu-
latus, calumniam etiam sibi timendam statu-
eret, apud eum, qui idem calumnię auctor,
& iudex esset futurus, meliore consilio de me-
dio discedens, ad Casimirum regem in Polo-
niā confugit, minus pontifici æquum, quòd
in regni Boemici petitione, Matthię Vngaro-
rum regi, aduersus Vladislauum filium compe-
titorem, fauebat. Ita moderator adolescentię
liberis datus, sic se gessit medius inter pa-
rentem, & liberos, ut, regi facile suam graui-
tatem; liberis moderationem, atque indul-
gentiam probaret, Ioanni Alberto in primis,
apud quem, post patris mortem, potitum re-
gno, hospes, non maiorum nobilitate, non
sua, non titulis, non ullis gestis honoribus
commendatus, ad summam potentiam est e-
lectus. De quo quidem quid scriptum reli-
querit

querit auctor grauissimus Martinus Crome-
rus, libro XXX. rerum Polonicarum subijce-
cere libet. Obijt, inquit, etiam eodem anno
(hoc est CCCC XCVI. Kal. Nouembris)
Philippus Callimachus : cuius mors non in-
grata Polonis accidit. Fuit is natione Thu-
scus, orator , & poeta non inelegans , & acri
ingenio præditus, versatus aliquamdiu in mi-
nisterio Pij Secundi pontificis max. Deinde
verò , cum successor Pij Paullus Secundus ,
Pomponium Lætum, Platinam , & quosdam
alios viros eruditos amicos Callimachi , siue
quòd de religione male sentirent , siue quòd
in se conspirasse dicerentur, prehendi iussisset:
Callimachus , Casimiro adhuc regnante , in
Poloniam profugit, & pro præceptore regijs
filijs fuit. Cum autem in familiaritatem Io-
annis Alberti sese insinuasset: plurimum, apud
eum gratia, & consilio valuit, vsque adeo, vt
cum Ioannes Albertus rex factus esset, Calli-
machi arbitrio magistratus, & honores man-
darentur, & res pleræque omnes publicę , &
priuate regis gererentur. Qua re ingentem si-
bi inuidiam apud Polonos Callimachus con-
flauit : quę tamen metu potentię eius occul-
ta ali-

ta aliquamdiu, quodam tempore, cum is legationem, regis nomine, apud Venetos, & Pontificem maximum obiens, redditurus esse in Poloniā non putaretur, in apertum erupit. Sed rursus, eo reuerso, non tam resedit, quam dissimulata est, quoad ille vixit. Ad tyrannidem incitare regem, & beneficia, decretaque eius vendere siue creditus, siue insimulatus est. Et ita sane hoc fit, ut iij, qui principem, aut aliquem tamen gratię locum apud reges & monarchas obtinent, difficulter inuidiam, & obtrętationes hominum vitare possint: quibus nonnunquam perculsi e summo gradu in imum decidunt. Neque enim facere possunt, quin multos offendant, dum quibusdam prodesse student. Et illos autem, quos euexerunt, æmulos plerunque experuntur, præsertim, si vel externi sint, vel genero opibusue inferiores, vel auari denique.

Hæc Cromerus: cui magis fides habenda est, quam Iouio, qui temere credita, temere edit hausta e fæce vulgi: Apud veterem amicum Vilnę occultatum semiçxulcm fato cessisse, ita ut, morte celata, sine funere arefactus tempore cibani in armario seruaretur. Sed

d

Iouius

Iouius non est audiendus: cuius vna cura fuit, multa scribere; quam recte, atque ex gravis scriptoris fide scriberet, aut perexigua, aut nulla. Scripsit Callimachus amorum librum vnum; Ladislai Iagelonis Vngarie & Polonię regis res gestas; Attilam; ad Innocentium Octauum Epistolam de Polonorum regum laudibus; De Tartarorum moribus librum vnum; & alia nonnulla, quę eius ingenij, atque eruditionis monumenta apud posteros insigni cū eius nominis laude vigebunt. Conditus est Cracouię in Trinitatis æde æreo sepulchro, quod virtutis, ingenij, eruditionis ergo, mortuo exstruendum Ioannes Albertus rex magnifice curauit, hoc, quod infra legitur, carmine inciso.

Hic iacet, heu, patria procul à regione sepultus

Progenitus Thubisco sanguine Callimachus.

Quem fatum varijs aduersum erroribus egit,

Inuictumq; bis tandem constituitq; locis.

Illius at postquam virtutem regia sensit,

Vidit florentem Sarmatis ora virum.

Qui memor hospiti tam mitis, contulit isti

Consilijs regno commoda multa suis.

Quod sentit praesens, & postera sentiet ætas:

Cuius

Cuius iudicium sanctius esse solet.

*Plura quoq; aggressum, & quædam maiora parantem,
Haud opportuno tempore, mors rapuit.*

I A N I V I T A L I S.

*Aenea Callimachi, quæ circumpletebitur ossa,
Depositum meritis nobilis urna sui :*

*Aenea sit quamuis, multo est pretiosior auro
Etrusci felix hospita Callimachi.*

*Ipsi etiam, Italia, tantum decus, auspice, adepti,
Ad sacra conueniunt busta Boristhenides :*

*Exultantque mero, & choreis, referuntque vicissim ;
Dedicat hæc Crispo Sarmatis ora sua.*

L E C T O R I S.

*E*ntra, si qua occurrent, permittimus tibi, amice lector, emendanda : sunt enim levissima : unum memoriae in præfatione Brutii : cuiusmodi quis interdum non admittit e tercia pagina, duodecima linea, ita leges : quod Corinthijs Scipio ille Africanus respondisse fertur, celebri loco statuam pollicentibus, sibi displicere turmales. Vale, & ignosce erratum fatenti.

ДІЯТИВНИКИ

FEBRUARY

Ecclesiasticus 40:1-10. **N**arrator. **S**cripture. **C**onversation. **T**ext. **A**uthor.

PHILIPPI

CALLIMACHI IN LIBROS TRES, DE REBUS GESTIS A VLADISLAO POLONORVM ATQVE HVNGARORVM REGE, AD CASIMIRVM REGEM PRÆFATIO.

PETRVM D E BNI-
no, VLadislauensem episco-
pum, deus nasci, Rex inui-
ctissime, in regno tuo voluit:
non solum, ut esset in his, quæ
ad rem diuinā attinent, quod-
dam priscae sanctitatis specimē,
veræque religiosorum pontifi-
cum imago; sed etiam, ut haberes in humanis consilia-
rium, prudentia, fide, constantia, grauitate antiqua præ-
ditum. Is aliquando, cum D. Casimiro filio tuo (qui
aut omnino nunquam nasci, aut perpetuus esse debuit)
sermonem quom haberet de rebus a maioribus tuis, ma-
gno animo, excellenterque gestis, descendissetq, tandem
in mentionem Vladislai illustrissimi fratris tui, quem si-
bi Hungari præfecerant, post regis Alberti mortem, et
simul multa repeterent, de varietate fortunæ, actionūq,

A

con-

Et consiliorum, quibus Hungariam tenuit, usq; ad pugnam illam cum Turcis, post quā in terris minime comparuit; visa est ambobus res dignissima, quæ literis mādaretur: ut pote, quæ legentium animos præcipua quadam voluptate explere posset, propter ancipites, varieg, memorabiles euentus rerum, ac temporum in bellis, quæ mina illic casum vicissitudine, aut extrahi, aut confici contigit. Quandoquidem per id tempus, viribus suis Hungaria, non secum tantummodo per ciuilem dissensionem sæpe conflixit, sed in externos quoque, studio religionis nostræ, arma sub Vladislao mouens, felicitate pugnandi adeo cæterorum Christianorum, ad Turci nomen fractos, deiectosque iam pridem animos erexit, ut pauci admodū in tota Europa tunc fuerint, qui ad Christianæ rei, ac nominis defensionem, vel momenti, vel consilij aliquid non attulerint. Petierunt igitur a me id negotijs assumi, Et literarum lucem adhiberi dictis, factisq; per se quidem splendidis, Et magnificis, sed quæ obliuio paulopost obscuraturn foret, si scriptorum monumentis non illustrarentur. Itaque ego, qui scirem, meum esse, considerare, non quantum possim, sed quantum debeam studij, operæ, facultatisque conferre, te, ac tuis omni veneratione, ac laudum genere celebrandis, et, si fieri possit, consecrandis, interque immortales, ac beatos referendis, quippe qui, vltrei etiam, quam impudentis votum optare auderet, me adeo extuleris, atque ornaueris,

ut ne

ut ne locum quidem tibi, aut domi, aut foris, augendi
mei aliquem reliqueris: id, quod in tuam, tuorumq; lau-
dem, ac gloriam petebatur, pro virili mea, me facturum
recepit. Nolui enim, quom referendi aliquando tibi gra-
tiam, facultatem minime spēnare possem, videri etiam
voluntatem defuisse. Licet igitur intelligerem, plus mi-
hi imponi, quam quod aptissime ferrem, quoniam in al-
terutro peccandum erat, subire incruditi ingenij, quam
ingnati animi notam malui. Nam, et si scribendo illu-
strissimi fratris tui sublimia facta, verbis minime æqua
uero (quom virtutis etiam infælices exitus, laude non
careant) non dubito futuros, quos grati animi mei volun-
tas moueat, ut quare scripserim, potius, quam quomodo,
considerent. Tu quoq;, qui me in re ista videas plus au-
sum, quam præstare posse spēnare, minime dubitare de-
bes, non mihi, sed fortunæ meæ, ascribendum esse, quic-
quid est, quod in tuam, tuorumque gratiam non efficio.
Cæterum, priusquam explicandorum seriem aggredior,
quom regionum, de quibus habenda est mentio, tempus,
plenaq; nomina commutarit, quo facilius, ubi, & a qui-
bus nationibus, quidque gestum sit, intelligatur, maxi-
me ad rem pertinere putaui, carum terrarum situs, vete-
resque appellations, quantum diligentia, & coniecture
consequi potui, nominibus, quibus hodie nuncupantur,
accommodare. Ultimi Europæ ad orientem, ac septem-
trionem anguli, quem Sarmatiam dixere, meridionale

A ij

latus,

latus, quantum est inter Thym, Axiacumque amnes, ad Euxinum mare porrectum, et plerisq; in locis, maxime circa littus Ponti, etiam ultra Axiacum, Podolia nunc appellatur. Inde Russia est usq; ad Borysthenem: cuius utramque ripam, ubiq; sursum ad caput ipsius obtinet: deinde inter orientem, ac septentrionem conuersa, supra Tanais ortum, ad Rhiphæos montes porrigitur. A quibus alteri demum fronte in Sarmaticum Oceanū ultri Chersinicum ad Furstam fluvium; alteri vero in Asiam ad Hyperboreos, Hippofagosque Sarmatas pro currit. Quicquid vero, velut a tergo Russæ, inter ipsam Tanaimq;, et Maeotidem remanet, Tartari tenent. Lituania vero, interiori Sarmatiæ ad Venedicos, Bondi nosque montes obtainens, qua meridiem, atque orientem spectat, Russæ obtemperat. Eius autem septentrionalia, Liuonia excipit, ac Prussia, & Pomerania. Que regiones a Bondinis, Alanisque montibus, reliqua Sarmatiæ occupant ubique ad oceani littus. Ab occidente vero ad Lituanię, iungitur Masouia, circa ripas Istulæ fluminis; qui ab ea parte terminus est Sarmatiæ. At superiora Istulæ ad fontem, tum campos, inter montes, qui Sarmatici dicuntur, atque ortum Istulæ interiectos, præterea motes ipsos Sarmaticos, Poloni tenent: quorum regio in finibus utriusque posita, tantundem ferre in Germaniam, quatum in Sarmatiam protenditur, per ea loca, que Ombrones, Saboci, Sidones, & Visburgi,

burgi, ab initio incolebant. Cæterum, qua Germaniam incurrit, coniungitur Slesia: quam subinde Monuim a tergo, occidentem versus excipit. Slesiam vero, & Monuim Quadi olim, & Marcomanni tenuere sub rege Morobando, a quo Monuim mutatis, abiectisq; quibusdam literis, dictam crediderim. His duabus regionibus, Boemia ad aquilonem inter montes, qui Sudetæ dicti, & Siluam Semanam adiacet, Hungaria vero, quæ Pannonia dicebatur, non ubique, ut olim, Danubium habet ad septemtrionem, sed superito flumine, hinc in Germaniam, illinc in Iazigas Metanastas se extendit, versus Carpathium montem, sub quo Scapusum a Polonia procurrrens, in fines Hungarie desinit. Reliqua vero, Iazigum Metanastarum, & adiacentia Tibisco amni, Hungari Transiluaniam vocant: cui adiuncta est montana Valachia, inter Danubium, & Carpathum, quæ a maioribus Dacia vocabatur. Huic velut a tergo, ad occidentem apposita est Bossina, quam Rascia, & Seruia contingunt, illis in locis cum ea sitæ, quibus superior Moesia, et Dardania olim cōtinebatur. At Bulgaria inferioris Moesiae partem, & utrumque latus Hemi montis, iugaque ipsa obtinet, usque ad Triballos, in quos Bossinæ orientale latus desinit. Alterum vero Valachia, cui Moldauia nomen est, a flumine hoc tempore, apud antiquos inferioris Moesiae pars fuit: protenditur autem inter Danubium, & Thy-

A ij mm, ab

ram, ab Ieniso amne montanæ Valachiaæ termino, usque ad Euxinum. Harum autem regionum fines omnes, nationesque, eas incolentes, atque urbium situs describere supersedi. Non quia longum fuisse, & laboriosum; sed quia ad historiæ institutum satis quæ dicta sunt, sufficere putavi: eo tantummodo adiecto,

Cracouiam scilicet sedem regiam in Polonia, Budam in Hungaria, Vilnam vero in Lituania metropolim esse, ac principis domicilium.

Philippi

P. C A L L I M A C H I
D E R E B V S A V L A D I S L A O
R E G E P O L O N O R V M , A T Q V E
Hungarorum Gestis

L I B E R P R I M V S

SIGISMVN'DVS
rex Hungariæ, qui vltro ad
imperium accitus, Boemos quo-
que sibi postea subiecerat, tanta
moderatione annos supra quin-
quaginta regnauit, vt quom si-
ne virili prole tandem mortem
obijset, Hungari nemini subesse maluerint, quam duci
Austriæ Alberto, cui iampridem Sigismundus unicam
filiam suam matrimonio coniunxerat. Videbatur leniri
posse desiderium mitis, et sancti regis, si eius filiam apud
se regnare intuerentur. Quæ persuasio subinde etiam
pene profuit illius nepoti nondum nato. Nam quom Al-
bertus quoq; haud multo post delatum ad se regnum, gna-
uida vxore, vita excessisset: optimates Hungariæ fre-
quentes una cum oratoribus Despoti Rasciæ, ac Ciliæ
comite

comite ad reginam Budæ agitantē conuenere, cœptum-
que est agi de regni statu constituendo. Et primo qui-
dem nihil exaudiebatur, præter voces felicem faustūq;
partum reginæ ominantium, afferentiumq; minime pri-
us de nouo rege referendum, quam illa peperisset: de-
beri id Sigismundi recentibus meritis, qui paterna in o-
mnes charitate, regnum tenuisset: non tentandam teme-
re fortunam externis regibus experiendis; quom domi-
iam forsan affuturus esset, qui aui sui eos æquabilitate
gubernaret. Valuisseque publicus fauor, & gratissima
omnibus Sigismundi memoria, si Ioannes Huniadianus
ante omnes prioris, suæque ætatis magnos viros, rerum
militarium ciuiliumque artium peritia memorabilis, vr-
gentium periculorum non admonuisset, propter Sinder-
uiam oppidum cum vniuersa pene Rascia, iam tum a
Turcis occupatum, sublatumque vcluti murum, quo il-
lis obiecto, Hungaria satis tuta videbatur. Ea vox
quasi frænum a mortui gratificatione curam omnium in
præsentes necessitates conuertit. Cœpitque ipsorum ani-
mis obuersari regni orbitas, & Turcorum indies maio-
res vires, iterque ad se plane illis patefactum. Præte-
rea in partu reginæ, etiam ut votis omnium correspon-
disset, dum puer coalesceret, parum momenti fore consta-
bat, ad regni curam, & tutelam, quom interim virorum
animi muliebre regimen aspernarentur, propter imbecil-
itatem plerumque illi insitam sexui, et si curatores postu-
mo af-

mo assignarentur, intelligebant regium fastum, regiasq;
cupiditates in paulo ante paribus conditione, vel perfer-
re, vel explere durissimum fore. Sed & regina non me-
diocriter animo sollicita, haud satis constituebat secum,
quidnam maxime in deliberatione tam anticipi esset ex-
petendum; quom aut filio, si nasceretur, regnum abro-
gandum, aut Turcis prodendum appareret. Sed neq; cx-
ploratum habebat marem nasciturum, vel tam beniuola
in se, ac suos Hungarorum studia, etiam si difficultas a-
liqua ingruisset, ad extreum permanisura. Diuersis igi-
tur diuersa probantibus, nihil æque ab omnibus lauda-
batur, quam si Vladislauis rex Poloniae paulo ante
puberem etatem ingressus, cuiusque indoles, ac virtus
velut humanum modum supergressa, iam tum magno fa-
mæ consensu celebris erat, viduam reginam uxorem du-
ceret, gentis utriusque rerum summæ præfuturus: id
unicum columen aduersus domiforisq; imminentes tur-
bas, si ea affinitate Polonorū robur inuictum rei Hun-
gariae iungeretur. Sed nihil æque Vladislai assensum
remoraturum apparebat, quam nascendorum sibi libero-
rum incerta successio, propter ventrem, quem regina fe-
rebat. Atq; ideo, non aduersante illa, in id consensum,
si puer nasceretur, ut Austriae, ac Boemiae præcset. Li-
beri autem noui regis, si qui procrearentur, in Hunga-
ria regnarent. Eaque conditione regnum, & coniugi-
um perferri ad Vladislauum placuit. Ita tamen, ut non
prius de liberorum successione quicquid diceretur, quam

ex diuerso eius rei mentio illata foret. Designati ad id munus omnium consensu episcopus Segniensis, Mathico Talaucius, Emericus Marcellus, Ioannes Perenus, Ladislauus Palancius. Quibus Cracouiam venientibus Ladislauus, ad mille passus, obuiam misit fratrem suum Casimirum, a quo mutua gratulatione suscepit, atque in ciuitatem inducti sunt. Postridie vero in curiam acciti, ita ad regem verba fecisse traduntur: Si vicinitas, & rerum variæ occasionses, ac tempora non coniunxit set regnum nostrum cum tuo multis fœderibus officijsque mutuis: virtus tamen, & felicitas tua, rex inclite, nobis dignissima visa foret, quæ, dubijs rebus nostris, imploraretur. Quom enim cordi non fuerit deo optimo maximo, Albertum apud nos regnare, in cuius electione secuti enamus, non quod expediret, sed quod a gratis animis recens, atq; eadem acceptissima omnibus Sigismundi memoria exposcebat: quod facturi prius fuerint, si, saluo officio, licuisset, te, qui rex noster sis, vniuersti, quorum interest, vnanimi sententia elegerunt. Omittimus illa prosequi, quod indeoles tua vere regia, quod maiorum tuorum decori illos pellexerint, ut crederent, te unum amplissimis duobus regnis utiliter præesse posse. Cōiuncta est utriusque gentis fortuna, & prosperi omnia utrisque semper fuisse animaduertimus, nisi quom mala quæpiam ratio consilia, & res alterius ab altera separauit. Sic olim Gothi, sic Vandali, aliæque gentes penitignoti terrarum tractus, sic postea Tartari per Poloniam in Hun-

in Hungariam primo, deinde in alias etiam regiones irrupere: sic, nisi eandem mentem tibi ad suscipiendum regnum, quam nostris ad deferendum deus dederit, prope est, quod ominari animus horret, ut Turci, patefacta sibi Hungaria, in vos inde bellum, vastitatemque convertant. Dum pro Rascia, & Bulgaria, quæ duo sepi- mента regni nostri erint lentius paulo, quam expediret, arma nuper induimus, in discrimen rerum nostrarum ve nimus, & bellum, quod ab alienis finibus propulsare oportuit, in nostris cogimur sustinere. Si nihil vltro pete- retur, quam vt succurreres discrimini nostro, vtq; præ- flaret aliena defendere, quam pati sua in periculum ri- pi. Nunc, quando non sola tutela, sed ius, & arbitrium opulentissimi regni ad te defertur, quid est, quod maxi- mopere a te deliberandum sit, debeas nc, cum tam ingen- ti, et gloria mercede eā dimicationē etiā, geminatis vi- ribus, suscipere, cui nostris copijs, nostrisq; armis semper pares fuisse nos scias? Periculū est (arbitramur) ne se- miernem, & ex fuga pugnantem hostem, quē, sine ullis externis auxilijs, prope contēpsimus, si tu paululum cum tuis anniteris, finibus nostris non submoueras. Nomen, Hercule, tuum, sine ullis armis, ad id sufficerit, vel, si molienda vis erit, haud difficiili conatu regni vtriusq; rem perpetuo stabilieris. Neq; ideo, quod vltro expeteris, reliqua omnia desperata a nobis putas. In maximo mul- torum ambitu, te iudicio, nū necessitate prætulimus, qui scires æque, atq; illi, regnum administrare. Sed commo-

dius forsitan tueri nos, iunctis utriusq; regni viribus, pos-
ses, et in primis deberes, propter communia utriusq; discri-
mina. Silemus fœlicitatis cumulum, qui exinde mai-
stati tuæ accedet. Quātum veræ gloriæ, et in præsens,
Et ad posteros conciliauerit tibi, tam incliti regni publi-
cus de virtute tua consensus? Quanta laude effereris,
quod tam benigne de te sentientes, gratissima voluntate
in fidem susceperis? Quod deus omen auertat, si repudi-
ati in discrimen rapere murum (omittimus, quod eadem for-
tuna res tuas manet) non solum vicinum, ac socium re-
gnum in periculo destituisse dicereris, verum etiam euer-
tisse columen, ac propugnaculum Christiani nominis. Cu-
ius maiestas, viribus, armisq; nostris stetit hactenus sta-
turamque confidimus. Sed Et fortunam dicunt volubi-
lem deam, nec facile postea comprehendi, si semel oblata
contemnitur. Non libet gloriari de benignitate cœli, Et
terræ, quam regno nostro natu*ri* indulxit: neque vicini-
tas, neque magnitudo rerum gestarum illius, eam te
ignorire permittit. Singula illic sunt eiusmodi, ut ma-
gnis periculis, etiam bello expeti debeant, nedum sponte
oblata suscipi. Atque, ut intelligas quam simul omnia
consentient ad fœlicitatem tuam: id ipsum, quod nos pe-
timus, regina, in qua aliquid momenti in contrarium vi-
deri potuit, ctiam una nobiscum petat, pignusq;, Et sta-
bilimentum tam salubris utrique genti incepti, matri-
monium suum offert. Ea est ipsius nobilitas, Et fortu-
na, ut magnopere probari abs te possit; forma vero, Et

ætas non contemni. Sed neq; in tanta deliberatione, audienda est mentio de rebus tam caducis, et momentancis. Neque voluptatis gratia initur matrimonium, maxime inter reges, a quibus nihil aliud quæri solet in uxore, quam dignitas, vt quam illustres successores relinquat; et, si altius attenditur, propterea quod regna non nisi unum capiunt, illarum coniugia maxime sunt expetenda a regibus, quæ minus fœcunditatis evidentur habitum. Tu modo illa, quæ alij perferrum, atque ignes a sequenda non dubitarent, vltro ad te delata non spernas, nec velis esse, aut dici minus fœlix, quam deus, atque homines velint. Dum hæc agerentur, peterenturq; ab Hungaris, aderant & Turci onatores, quos iam pridem missos reprehenderat in via mors Alberti, qua seu vere incomperita, seu, ad tentandum, dissimulata, peregerant mandata. Offerebat per eam legationem Amonitus Turcorum imperator militem, ac pecuniam Vladislao ad gerendum bellum contra Albertum in Boemia, quæ, mortuo Sigismundo, in duas factiones abiens. Et una quidem Casimiro Vladislai fratris regnum deferebat: altera, propter uxoriam successionem, Albertum sequebatur. Cæterum fœdus in id sanciri petebat: vt, redacta universa Boemia in potestatem Casimiri, Vladislaus ab amicitia et fœdere Hungarorum abstineret. Itaq; quom, defuncto Alberto, res integræ non esset: onatores, per varias simulationes, cunctouæ retinebantur, in expectationem, quo res Hungarica, post regis mortem, inclina-

ret. Eos, quod ex vultu facile notari potuit, ubi, per interpretem, quæ postulata erant cognouere, ingens mæror cepit, & subita consternatio animorum. Sed neque eodem sensu a Polonis omnibus accipi, prius oculi, et facies, motusque diuersi, deinde etiam verba indicauere: quom eſſent, qui dicerent, nihil præterquam bellum offerri ab Hungaris. Post cæteros omnes frustra imploratos, ad ſe iri. Minime id onus aſſumendum, quod omnes alij ferri poſſe deſperaſſent. Sed et malæ nationis eſſe, regem ſuum dimittere, ut peregre regnaret. Omnia futura in regno turbarum plena, & ſeditionum, ſi ſine rege agitandum foret. Nemincm vñquam censiſſe, aut nauem ſine rectore, aut exercitum ſine duce eſſe oportere, aut vnum quempiam duabus nauibus, duobusue exercitibus vtiliter, commodeque præeſſe poſſe. Non eſſe explonatum homini quid indies accidere valeat. Infinita penca, quæ, abſente rege, regnum perturbare queant. Procesſum improborum licentiam in infinitum; bonis vero præſidia, & tutelam defuturam. Sed, ut cæteri tolenari poſſent, perpetuum bellum domi gerendum cum Tartaris: certe nullo modo ſine rege, aut ſuſtineri, aut propulsari poſſe. Quorum ſententiam Vladislauſ, curius iuuenilis animus abhorrebat ab eo matrimonio, quod cum regno adeundum erat, quom regina iam grida ea eſſet, facile ſequebatur, alijs multis in contrarium nitentibus, in primisque Oſtrorogeo, Dobrogoffio, et Cifonenſi Ioanne, cum Gregorio Sanoceo. Hi diuicias viresq; regni,

regni, quod offerebatur extollendo, Turcorum vero res
 deprimēdo, magno animo conditionem suscipiendam af-
 firmabant. Quæ de regis absentia dicerentur; nihil ad
 rem attinere. Iampridem assuefactos homines etiam si-
 ne eo agitare, quom s̄epe in Lituaniā se recipere soli-
 tus eset, vicinoremq; esse Budam Cricouie, quam Vil-
 nam. De his, quæ timeri spenariue possent, facile esse
 iam tum, volente rege, statuere. Quod, si quid inopinatū
 casus afferret, regem futurum in propinquō. Coniuncta
 inter se esse regna, ita ut non quasi duobus, sed tantum
 vni regno rex eset prefuturus. Et eo magis fore in v-
 troque venerabilem, quo utrisq; inuicem, cuique alte-
 riū vis notior eset, & auctoritas: contra furtivas Tar-
 tarorum incursions, satis superq; indigenas Podoliæ,
 ac Russiæ sufficere. Quod si iustum bellum inferretur,
 multo facilius fore, utrīusq; regni viribus illud propul-
 sare. Non eset tantæ glorie occasionem omittendam, vt
 rex Poloniæ etiam in Hungaria regnare diceretur, &
 unus præ cæteris principibus visus, qui tantum regnum
 rite regere, ac tueri posset. Nullam conditionem repudi-
 andam, nullum periculum non subeundum pro tam in-
 genti laude. Non inferri id bellum Hungariæ, in quo
 tantummodo libertas foret amittenda (quamquam quid
 non audendum, subeundumque pro libertate?) sed agi,
 vt degenerarent omnes a moribus institutisq; maiorum:
 templo, & sacra omnia prophanarentur: sepulchra pa-
 rentum dirui, & ossa dissipari, coniuges vero sororesq;,
 & libe-

& liberos aut ad seruitutem, aut ad libidinem nipi intuerentur. Longe præstare, tantam immanitatem submouere in alienis finibus, quam in suis postea sustinere. Nullam vñquam ætatem taciturum immortalem gloriam, quam adipiscerentur, si tam calamitosam necessitatem a ceruicibus regni, in primis incliti, sed & vicini, & fœderati, & quod nō, nisi per summum scelus, deseripposset, propulsasset. Ad hæc, solam famam eo inter se vinculo coniunctarum virium, duarum inuictarum nationum, satis futuram ad Turcum, Tartarumq; intimes fines suos continendos. Et iam deducta eò res erat, ut, nemine aduersante, Vladislauis conditionem susciperet, quom renuntiatum est, reginam postumum, ex Alberto peperiſſe. Itaq; quom videretur Vladislauis fruſtra uxorem ducturus, si filij eius ad regni successionem peruenire non posſent: ex integro tota res cœpta est repudiari. Sed ubi oratores Hungari, explicatis omnibus, quæ apud suos constituta erant etiam de filio, si nasci contingere, hanc quoque difficultatem amouerunt: rursus expugnatus est regis animus, ut ad gloriam, & amplitudinem tatarum rerum se potius erigeret, quam deprimi pateretur a breui voluptate; quam ex viridiore uxoris alterius ætate consequi posse arbitraretur. Decreta igitur dies solennis, & templum augustius in arce Cracoviensi, ubi responderetur Hungaris. Ibi quom frequētissimi, ex omni ordine, ad spectaculum conuenissent: vniuersique regni proceres in suggestu ad id præparato confide-

considerent: conuersus ad oratores Vladislaus, vbi pro-
 tulit ea, quæ pro loco, & tempore, ad grati animi testi-
 monium, præpter præsens in se beneficium visa sunt atti-
 nere: quod bene veriteret utriusque genti, quibus conditi-
 onibus ad se delata erant, ius, et tutelam Hungarici re-
 gni suscipere professus est: quantumq; humana ope fieri
 posset, daturum se operam dixit, ne tam benigni de se iu-
 dicij Hungaros pœniteret. Ipsorum iam esse, curare, ut
 quæ suorum nomine spopondissent, rata permanerent: se
 in tempore promissis suis affuturum. Sub banc vocem se-
 cutæ acclamationes, fœlicia omnia utriusque genti omi-
 nantium, et in publica gratulatione laudes deo, & gra-
 tes actæ omnibus in templis. Turcis subinde respon-
 sum, rerum mutationem, quæ mortem Alberti subsecuta
 eset, eorum legationē irritam reddidisse. Cæterum quan-
 do et in Hungaria Vladislaus erit regnaturus, factum
 exinde maiorem occasionem fœderis amicitiaeq; incun-
 dæ, si modo ea res cordi fieret Amorato, et si finibus suis
 contentus, pacis consilia complecti vellet. Hungari,
 responso accepto, constituere inter se illico, ut alij apud
 Vladislaum remanerent, qui eius in Hungariam pro-
 fectionem stimularent: alij ad reginam optimatesq; per-
 ferrent ea, quæ acta erant, et decreta in Polonia. Man-
 sere episcopus Segniensis, & Ladislaus: cæteri gratu-
 labundi retro iter ad reginam conuertere. Visum est
 Vladislao mittere cum illis etiam legatos suos, qui tam
 reginæ, quam optimatibus publice, ac priuatim gratias
 agerent.

agerent, tempusq; aduentus sui illuc nuntiarent. Decreti igitur, ac missi, ad eam rem obeundam, Sandiogius Ostrorogeus, et Ioānes Cognecpoleñ. scriba regius. Cæterum festinantibus Hungaris, ut quæ ad nutum sū orum fæliciter transacta putabant, nuntiādo omnes gau dio opplerent: Poloni in via substitere, paulatimq; sub sequebantur. Interea regina, seu quia desperasset ma rem parere, quom tantarum rerum in spem natum intueretur, crudele nimium, et immane videbatur, si, veluti propter noui mariti charitatem, sacnitissimorum affectu um obliterata, mater a debita successione regni filium exclusisset: seu adducta persuasionibus quorumdam, qui rei Polonæ male affecti erant, præsertimque comitis Ciliæ, qui tutorem sc̄ postumi fore, ac summam rerum obtentu rum credebat, sententiam mutauerat. Atque ideo rede untes ad se oratores suos in vincula coniecit: moxq; voluntatem suam immutatam peruulgauit. Ea res, prout cuiusque animus ad hanc, vel illam persuasionem acclinatus, accipiebatur; nonnullis indignissime ferentibus, tam salutare utrique regno inceptum, vel vnius mulieris inconstantia, vel comitis Ciliæ cupiditate, in irritum verti: Et reginæ, si persuadendo adduci nequiret, ut conuentis staret, afferendam vim censentibus. Apparebat enim spem profligandi externum bellum, in id recidiſe, ut si Vladislauſ persequi persequerent euocationem suam, regnum domesticis seditionibus lacerare oporteret: futuros namque, qui omnia extrema paterentur, et facerent

cerent, priusquam publicam, et communem consensu datam Vladislao fidem violarent: & qui spe melioris fortunæ, si res tumultuarentur, in contrarium agerent, reginæq; assisterent. Multi etiam diuinitus eam mentem reginæ datam interpretabantur, quasi deo eam regnum inter se veluti confusionem improbante. In qua ut inficiari nequirent, quædam inesse commoda, submouendo bello, quod a Turco immineret: maiestas tamen, & nomen rei Hungaricæ interitura esset, actionumq; omnium gloria domi, atque foris ad Polonos peruentura. Nemincum cunum exinde crediturum, ab Hungaris peregrinum regem alia ratione accitum, nisi, quod sine Polonis, subsistere desperassent. Vladislauum quoq; propensione affectum erga suos futurum. Satis experiendo compertum, prioribus temporibus, Hungariam ad retinendam dignitatem suam, externa ope non indigere. Deniq; deum ipsum in partu reginæ plane indicasse, quem regem vellet apudeos esse. Hæc & pluri eiusmodi iactabantur non vulgo solum, verum etiam in concilijs optimatum. Sed & ciuitates nonnullæ, impri- misq; Cassouia, Bardeiouium, Lubolia, Cremniza, & ceteræ finibus Poloniæ obiectæ, iam tum, in tanta cœluntatum varietate, imminentium certaminum discrimina intuentes, ut otiosi rei cuentum expectarent, comportatis intra mœnia ea, quæ cœsi fore credebant seu ferendæ obsidioni, seu cœvi propulsandæ, si ingruisset, fossas, muros, propugnacula impigre reficiebant, ac fir-

C ij mabant.

mabant. Quæ, ut agebantur, vulgo ad legatos Polonos delata, ut retro in patriam iter verterent adegerunt. Et quom ab regina impensis reuocarentur, non ausi sunt se illius fidei committere. Quod si fecissent, fama tenuit, potuisse facile omnia in integrum, re tunc recenti, per ipsos restitui. Nō solum vero reginæ volūtas immutata, sed cædes etiam Sigismundi ducis, sub idem tempus, in Lituania commissa, secutæq; illam diuersæ ibidem factiones, & fames, qua, deperditis frugibus, propter æstatis intemperiem, eousq; laborabatur, ut promiscue cum pecoribus, non humanis cibis, sed arborum, cannarumq; radicibus, mortales vesci cogerentur, hiems præterea inusitate, constanterque rigens usque ad perniciem iumentorum hominumq; ad extremum lues, qua insolitis alimentis fluida labefactataque corpora vulgo extabescabant, poterant Vladislauum a transcendendo in Hungariam retinere, si modo fatales necessitates, euitabiles esent. Itaque tam multis aduersis pene inuitum retinentibus, ille nihil segnius ad transitum equos, arma, militemque præparabat, indicto conuentu Sandeciam, in quo referretur statuereturque tam de rebus domesticis constituendis, quam de ordine persecundi suscepptam profectionem. Præcesserint Vladislauum ad locum conuentui destinatum mater eius regina Sophia, duxq; Masouïæ Boleslaus, & præter paucos, qui regem sequabantur, vniuersi etiam regni proceres, & Lituaniorum legatio. Itaq; ubi rex cum fratre suo Casimiro aduenit,

uenit, Lituani prius audit: qui principatum suum, post cædem Sigismundi, in tumultu cœse dicebant, et diuersis factionibus laborare: optimatibus Vladislauum pro principe habendum censem, multitudine vero ad Michaelem Sigismundi filium inclinat. Sed et Suidrigalem, qui et ipse ex principum erat progenie, nonnulla oppida occupasse, Ruthenorumque primores, spe nouarum rerum, quotidie ad illum congregari. Præterea ducis Masouiae copias Droicinum expugnasse: atq; ideo, nisi subito succurreretur, prope esse, ut factionibus intestinis Lituaniorum res, ac nomen interiret. De quibus quom sententiae roarentur, complures erant, qui Hungariam omittendam suaderent, amplexandamque consulendi rebus suis domi occasionem oblatam, per inconstantiam reginæ. Satisfactum esse fœderatæ, ac vicinæ nationi, tutelam ipsius, quom id efflagitaret, suscipiendo: nunc, quando per illam staret, quo minus conuenta perficerentur, temerarium videri, si, neglectis opportunitatibus suis, cum periculo alienos, etiam inuitos seruare aggredierentur. Tunc demum fuisse gloriosum Polonis in Hungariam proficisci, quom contra Turcos aduocabantur: nunc intestinis ciuilibusq; certaminibus immisceri, calamitosum, et turpe fore. Dimittendos esse ad suos legatos Hungaros. Si sensissent illi operæ pretium fore, coniungi communis regis vinculo, et societate cum Polonis, inuenturos quomodo, id, sine controuersia, fieret: culpam non scrutare in presens fidei penes ipsos re-

mansum: interim rem Lituana stabiliendam. Quorum sententiam laudabat in primis regina, tum quod aegre filium a se diuelli, ac peregre regnatum ire patiebatur: tum quod oriunda, ortaq, ex Russia, magnopere angebatur, patriam suam mutuis seditionibus, propter Lituaniæ motus, periclitari. Vladislauum quoque, & Casimirum sollicitos habebat res Lituana: ut pote, paternus, & auitus principatus. Sed et dux Boleslaus, cuius intererat, regem non abesse a regno, propter suscepitam a se contra Lituanos actionem, quam iure decidi cupiebat, multa in eandem sententiam disseruit. Gregorius vero cum Ioanne Cisonensi, & Creslao Goslubiano cæterisque, qui iam tum a principio, conditionem suscipiendo persuaserint, dicere, Hungaros, aut audiri non oportuisse, aut parta implenda. Non propter illos tantummodo conditione suscepitam, sed quia commune periculum propulsandū, atq, eò cōstātius in incepto persistēdū censuerint, quo illi iam discordes inter se, propiores essent, ut alieno subderentur imperio. Tutiū multo fuisse, concordes simul eos, quam in seditione destituere. Si vidarent Polonos in incepto persecuentes, deposituros simultates, redditurosque infidem omnes. Reginam quoq, cœsuram viribus, rbi eas adesse sensisset. Si res omittetur, seditionibus intestinis perituros, aut ad alium quempiam se conuersuros, cuius postea vel potentia timenda, vel imbecillitas maiori & sumptu et discriminē fouenda esset. Nihil satius, quam, etiam per bellum, ad institutum peruenire.

uenire. Si tunc demum abstineretur, et cupide suscepisse, & timide destituisse apparituros. Ad Lituaniā pacandam, Casimirum cum exiguis copijs mitti posse: sed & Lituanos moderatius se habituros, intelligentes, Vla dislaum etiam in Hungaria regnare. Ad hæc, Hungarorum legati, parum momenti in regina ad resistendum vniuersorum voluntati ascrebant: paucosq; illi affuturos, & eosdem sine auctoritate, aut gratia. Eos autem, quos penes, rei totius arbitrium esset, satis intelligere, nihil posse utilius utrique regno & in primis suo inueniri. Non paſuros ad nutum vnius mulieris summam libertatis salutisq; suæ periclitari: abunde prius deliberaſſe statuisseque quod optimum videretur. Sed & reginam facile aut salubrioribus consilijs, aut vi expugnari posse, reducique in ſententiam rectam: proſequerentur modo Poloniæ, quæ cum ſumma nitione inchoaſſent. Decretum itaq; ſecundum Gregorij ſententiam, ut progrederetur in Hungariā Vladislauſ, Casimirus vero cum certo numero copiarum in Lituaniā proficiſceretur: adiunctis ei primarijs viris, Derslao Rithuianio Iastrembecio, et palatino Lublinensi. Cum Boleslao autem Maſouie duce inducias feruari placuit, quamdiu a regno Poloniæ rex abeſſet. Eaq; decretata, ac cætem, quæ dicta ſunt, de neceſſitate, & commodis ſuceptæ profectionis, pro reſponſo data ſunt Lituaniis oratoribus. Deſignati ſubinde, qui, abſente rege, veluti vicarij in locis opportunis præſent, ac ius dicerent. In prætum qui-

dem

dem Cricouiana Ioannes Cisonensis, in Posnaniensi
 Petro de Bnino, in Podolia Theodoricus Buciascanus.
 Vladislaus vero, vbi satis constituta prouisaq; reliqua
 apparuere, dimissis cæteris ad munera sibi commissa, cū
 illis, quos delegerat ad constitutam expeditionem pro-
 greditur. Matrem, ac fratrem suum Casimirum biduo
 se proficiscentem prosecutos, tertia die ab se dimisit, ad-
 monito prius fratre, qua natione, quibus ve artibus, cum
 Lituaniis agitare oporteret. Eduxit vero secum, præter
 militarem multitudinem, viros magnos, & magnis præ-
 fecturis hononitos, quos consiliorum actionumq; omni-
 um socios adiutoresque haberet: in primis Andream, &
 Ioannem Tencinenses, Dobrogostium, et Sandiuogium
 Ostrorogeos, duos Ioannes Tarnouios, Vincentium, ac
 Scidouam Sciamatuleos, Lucam Gorensem, Nicola-
 um Lassouianum, & Gregorium Sanoceum. Is postea
 vigintiquinq; annos præfuit metropoli Leopoliensi: sed
 tunc maxime ingenio florens & doctrina, videbatur ad
 omnia gerenda suadendaque facile idoneus, & de quo
 rex plurima sibi polliceri posset: ad quæ accedebat cum
 decora corporis proceritate, precipua quedam animi san-
 ctitas, et religio: in quibus adeo eminebat, vt nemo re-
 gi deum propitiaturus facilius crederetur: eaque est
 illi in primis curia delegata. Cæterum vt diuina per hunc
 rex procuraturum rite se credebat, ita prælijs conseren-
 dis haud minus momenti fore putans in viribus Lesc-
 nis Bobricij, cuius robur & audacia maximo consensu
 vulgo

vulgo laudabatur; ipsum quoque inter præcipuos educendum delegit. Fuit autem Lesco auus diuæ Fanniae carminibus nostris celebris: si qua tamen ex illis gloria esse potest. Inter progredieðum autem quotidie cateruatim confluebat ad regem alij multi, ex Polonia, impigri, et magni viri, partim cupiditate ostentandæ virtutis in tâ nobili expeditione, partim, ne velut ignavi repudiati viderentur. Cæterum volente unoquoq; armis, equis, et reliquo apparatu eminere: incredibile memoratu est, quam insignis erat exercitus rerum omnium excellentia, quom fere miles quisq;, egregij ducis specie præse ferret. Fama etiam, ut in magnis conatibus usu venit, omnia augebat: copiasque, & apparatum bellicum vix tolerabilem reginæ, ad quam Dionysius archiepiscopus, Ladislausq;, Gara Banus, & pleriq; alij defeccerant, nuntiabant. Quæ quom edicto iussisset, arceri Vladislauum omnibus munitis in Hungaria locis: ubi receptum audiuit Chesmarcum, sollicita, ut fit, in re trepida, cogitationes in partes omnes cœpit agitare. Cæterum seu despe-rans, post adeo ingentem belli molem excitam, pacis, aut fœderis audiendam mentionem, seu non inueniens apud se conditiones, quæ utring, honeste suscipi possent: ad sustinendam vim cum suis, animum conuertit. In primisq;, quom haud ignoraret, suscepas vulgo persuasions cœrimoniisq;, aliquas, in rebus non leue momen-tum habere, sedandis, concitandis, populorum animis: Visegradum, ubi præcrat Ladislaus Gara, propere con-

tendit: coronam, qua vetusta religione, ac more, Hungariæ reges initiantur in potestatem suam redactura: ne si eius Vladislaus potiretur, veluti rex legitimus, populos ad se conuerteret. Itaq; non aduersante præfecto, penetrare, in quo sanctissime aseruabatur, quom effregisset: illam tantummodo extulit, relictis cæteris induijs, quæ ad ritum cærimoniamq; coronâdorum regum pariter adhiberi consuevere: nec moni, cum omnibus, qui palam sibi, ac postumo fauebant, Comarum se recepit. Alij vero, quos aut nouarum rerum studium, aut per legatos data fides Vladislao, aut timor, ne bello cogerentur, sollicitos habebat, quanto quisq; potenat comitatu, quotidie ad illum confluebant. In eaq; festinatione plenaq; hostilia commissa sunt, diuersis in locis contra illos, qui reginæ affuturi videbantur. Inprimisque Simon Rosgonyus Agriensis episcopus, quom compcrisset Eperiesi non vigiliarum ordinem, non stationes iustas seruari, sed secure, ac solute agitari, per occasionem, noctu id oppidum interceptat: quo subinde firmato munitiōnibus, ac præsidio, Chesmarcum venit. Ibi Polonorum animi, quos, propter reginæ motus, demissos labefactatosq; constabat, rursus erecti sunt, & confirmati: quom viderent conuenisse ad se magnam partem ex primori-bus Hungarorum, quorum auctoritatem cæteros secuturos, aut, si qui aduersarentur, minimo negotio cogi posse apparebat. Itaq; alacres, renouata spe facile, ac celeriter incepti perficiendi, alteram Lituanorum legationem,

tionem, quæ illuc usque, ad auertendum in Lituaniā
 Vladislauum, sollicita aduenerat, dimisere retro ad Cas-
 mirum, cui Lituanicæ rei cuna delegata esset. Et si ple-
 rique, quos non minus discrimina, & progrediendi dif-
 ficultas, quam ea, quæ nuntiabantur a Lituanis, mo-
 uebant, cum Ioanne Tencinensi, vel illinc regredi in Po-
 loniam suaderent. Sed, ne id fieret, annitentibus Ioan-
 ne Iaroslauensi, et Gregorio Sanoceo, tenuit pudor, fa-
 mæque verecundia. Constitutum itaque, ut, præposito
 cum valido præsidio ad custodiam Chesmarchi Nicolao
 Pereno, Budam versus progrederentur, utriusq; regni
 copijs simul coniunctis. Inter proficiscendum lente (ut
 par erat tanto exercitui) risum est mittere, qui regni ca-
 put Budam præcuparent, ne regina, si muniendi se il-
 lic facultas spatiisque daretur, conatus Vladislai, ac
 suorum subinde, aut retardaret, aut irritos redderet. Da-
 tum est id negotium Agriensi episcopo, & cum co missi
 Vincentius Sciamatuleus, Andreas Tencinensis, et Le-
 sco Bobritius. Eos, ubi aduenere, populus in urbem ul-
 tro admisit, ducendisque munitionum operibus, manu,
 & cætero omni studio frequens affuit: quom interim
 præfectus arcis Laurentius Hendreueru liberabun-
 dus, neque aduersando, neque obsequendo his, quæ fie-
 bant, videretur in eam partē inclinaturus, ex qua mi-
 nus perturbationis in regno crederet excitari. Veniebat
 ex parte altera Fredericus comes Ciliæ cum quingentis
 equitibus, missus & ipse ab regina eodem consilio præ-
 Dij occupan-

occupande Bude. Qui ubi a Polonis eam teneri cognouit: nihil ultra tentandum natus, demissō animo, statim retro abiit Comarum. Augebantur semper copie Vladislai, accurrentibus ad eum in itinere Hungaris. Cæterum quom peruenisset Eperiessum, diemque unam ad quietem indulssisset exercitui: secretarius quem charissimum habuit, dum in fluuiolo ignobili præpropere opitulari pergit accipitri, cum anate periclitanti, submersus est: Et prodigiose magnitudinis grando, cum ingenti procella, et frigore cœli decidit. Quibus non nihil consternati sunt animi in Polonis, minime referentibus, vel id ad fortunæ casus, vel hoc ad aeris intemperiem, sed utrumque velut in prodigium auertentibus, et, prout cuiusque vel mens erat, vel religio diuersis in diuersum interpretantibus. Regina vero, ubi ad Polonos Budam defecisse intellexit, et Vladislauum, qui Agriam iam attigisset, hilari consensu illic a populo expectari: ad cæteras ciuitates in officio retinendas, festinato itinere, Albam Regalem se contulit, cui præerat tunc partium suarum fautor Nicolaus Fristatski. Ibique suadentibus, qui illam sequebantur, filium suum iam trimestrem, in templo consueto, regio titulo, Et corona solenniter insigntum augustiorem, Et veluti sacrosanctum populis ciuitatibusq; Hungariæ reddidit, putans futuros plures, qui veri, ac legitimi domini partes sequerentur, quam qui contaminare se vellent nota defctionis. Affuere coronationi eiusmodi, ex illis, qui paulo ante Vladislauum accer-

accersendum censuerant, archiepiscopus Strigoniensis,
Iaurinensisque episcopus Benedictus, tum Ciliæ comes,
Nicolaus Fristatški, Stephanus Rosgonius, & plerique
alij: omnesque mox cum regina contulere sē Iaurinum.
Res ipsa tum etiam auctores magnopere Polonos con-
turbauit. Sed eò ventum erat, vnde regredi, nisi, re per-
fecta, turpitudo non patiebatur. Itaq; mouens ab Agria
Vladislauſ per commoda interualla tādem Budam per-
uenit. Quom appropinquaret, factus est ei obuiam præ-
fectus arcis, Laurentius Hendreuen cum liberis duo-
bus, & populus effusus, quom ipſe, instructis copijs, ne
quid subeſſet insidiarum, ingrediceretur. Post mutuam
gratulationem, viſum est, ea dic ab ingressu vrbis absti-
nere, placuitq; ſubſiſtere ad Pestum. Interim regina, per
nuntios maria montesque pollicendo Hendreucræ, eni-
xe conabatur persuadere, vt in fide, atque officio mane-
ret: parumq; abfuit, quin impetraret, magis in gratiam
memoriae Sigismundi, quam ſponsione ditissimarum con-
ditionum, quas proponebat: præualuit tamen in animo
bene instituto ea ſententia, quæ tutior videbatur ad ſta-
biliendum naufragans regnum. Itaq; ille Vladislauſ,
& ſuos liberaliter in arcem admifit. Pro quo beneficio
Vladislauſ, vt præfecturam, in qua erat continuaret edi-
xit, ſatis confidens, mansurum ipsum constantiſſime in
ea parte, ad quam, patriæ incolumente ſuadente, non
impetu animi, ſed iudicio accessenit. Super omnia inſigne
fuit ſpectaculum, quom Budam Vladislauſ ingredere-

tur: nam præter magnificentiam ornamentorum nauium, quibus cum instructo exercitu per Danubium transvectus est, maxime eminebant ubique studia procerum regni utriusque, certantium inter se officijs sedulitate, ad inducendum ipsum quam maxime fieri poterat solenni, ac omni genere ornatus instructissima pompa. Sed et milites cum ducibus suis, qui præmissi huc fuerant armati obuiam prodierint. Præterea sacerdotes cum sacris, & religioso apparatu, populiq; promiscue omnis ordinis turba innumerabilis. Procedebat ergo militibus stipatus inter voces gratulantium, fœlicemq; et faustum regi sibiq; ac regno ingressum eiusmodi exoptantium: subsequebantur proceres regni utriusque, pro dignitate, ac meritis, ut quisq; eminebat ita ordine antecedentes. Ubi ad tempulum augustius peruentum, laudes, gratesq; deo immortalis acte. Subinde in regiam perducto Vladislao, populus quidem gratulationem suam in multam noctem produxit, varijs discursibus per ciuitatem cum cantu tripidisque, & hilari saltatione. Proceres vero, cum crederent suscepti negotij partem maximam transegisse, recepta Buda, quieti se dedere, mox consultaturi quibus tandem nationibus reliqua sine contentione, vel moni perfici possent. Ubi Budam teneri a Vladislao vulgatum est, non solum qui aperte partibus ipsius fauebant, sed multi etiam alijs, qui ad id temporis dissimulauerint, fidem, atq; obsequium pollicentes cum gratulatione ad eum confluxere, in primisque Mathico Talaucius, ijsdem diebus

cura

cum, atque opera tonsoris sui elapsus custodia, in qua regine iusu asservabatur, tum Nicolaus Fristatski, Stephanus Rosgonius, Ioannes maior Perenus, & in quo plurimum in utramque partem momenti, Ioannes Huniadianus, præterea episcopi Vespriensis, Quinquecclesiensis, Transiluanensis, Nitricensis, Sirmiensis, Vacienensis, Vandicensisq; et Colocensis archiepiscopus: paucique iam, præter Cassouiam, reliquasq; ciuitates, quæ cum illa in euentum a principio se communierant, in regno toto supererant, quæ nō profiterentur, se in fide Vladislai esse, ac fore. Venit et a rege Bossinæ legatio, appanatu, virisque insignis: quæ, repetito gentis suæ primordio, eosdem, cum Polonis, auctores generis, & communem linguam Bossinenses habere quom dixisset, &, ob eam linguæ, atque originum veluti cognationem, regem suum magnopere gaudere, propterea quod cœptis Vladislai, fælicitatem adesse vulgabatur: multa disseruit de commodis, quibus se mutuo, propter cognationem, vicinitatemq; releuare possent, ac deberent, communicatis viribus, et consilijs, aduersus imminentē Turcorum crudelissimā tymnidem: fœdus præterea, et amicitiam sanctissime cultam, seruatāq; inter Bossinæ, et Hungariæ, ad id locorum, reges, vel iniri, vel renouari postulauit. Quibus benignè responsū, incremēta, successusq; Vladislai merito regi placere, tum propter eam, quam repetitissent linguæ, atq; originum coniunctionem, tum quia xtriusq; pene tantundem interesset, ut quam celerime

pacata

pacata omni Hungaria, contra cōmunes hostes, integris
viribus expeditio susciperetur. Gratia subinde actæ,
quod in tēpore affuturum sc̄ contra Turcos cōmunicādo
actiones, et consilia rex vltro polliceretur: et vt sic ani-
matus ad extreum persecnaret adhortationes adhibi-
ta. Fœdus deniq; inter reges, & regna confirmatum.
Aduenerant etiam oratores Despoti, cuius demissior
gmtulatio fuit, ut par erat. Quippe quod e principatu
suo per Turcos eiectus, priorum Hungariæ regum mu-
nificētia alebatur: qui casum tanti viri miseriati, colloca-
uenant eū in finibus regni assignatis illi nō nullorum op-
pidorum rectigalibus, & iurisdictione, quibus haud in-
decore, præsentis fortunæ statum ferret, & præteritæ
desiderium leniret. Itaque ante omnia oratores eius, ma-
gno verborum ambitu commemoratis prope eisdem, que
Bossinensis de cognatione originum, ac linguae cum Po-
lonis, purgauere Despoti factum, quod per nuntios id
munus eset aggressus, quod obire ipsum oportuerat: sed
accinctum iam itineri Turcos auertisse, ne coram veni-
ret. Cæterum ambigere ipsum, spei ne suæ, que, post
adcmptum sibi principatum, abductosque in seruitutem
liberos, tum primum reuiniscere incipiebat, an fœlicita-
ti Vladislai prius, magisque gratulandum forct: acces-
sisse quidem, accessurumq; indies benignitate dei ad glo-
riam, dignitatemque Vladislai multum, quom nihilomi-
nis in summa gloria summi que dignitate existeret: sibi
omnibus patrijs, et auitis ornamenti spoliato, nec solum
princi-

principatu, & patria, sed domo, ac larcie electo, extorri,
 indigo, alienaque viuenti misericordia, tum primum o-
 riri lucem aliquam, non solum melioris conditionis, sed
 pristinæ etiam dignitatis, & fortunæ recuperandæ. Id
 fœlicitatem inceptorum polliceri, tum geminatas vires
 duarum inuictarum nationum, quarum neutri villa, præ-
 ter alteram, disciplina militari, & alacritate pugnandi
 par foret in terris. Obuersari iam tum oculis suis fugam
 formidinemque conuersas in Turcos, agrumq; illorum
 igne, ferro, vastitate infestum, se vero ad maiorum suo-
 rum sedem restitutum. Atque ideo ultra omnem huma-
 nam lætitiam gaudere sibi, Vladislao autem gratulari,
 qui tam magnarum actionum gloria nō modo præsentis
 æui reges, sed vetustos omnes esset superaturus. Si pri-
 stina fortuna adesset, oblaturum fuisse se comitem, atq;
 adiutorem: nunc quando integrum non esset sibi, maio-
 na polliceri, voluntarium regis ad omnia periculosa, &
 difficilia obscunda ministrum se offerre, ac dedere. Mo-
 uit tum Vladislauum tum cæteros & fortuna viri, &
 tam submissa oratio. Itaq; responsum legatis, ut Despo-
 tum bono animo esse iuberent: satis multas affuturas oc-
 casiones ad mutuam, præsentemque gratulationem. In-
 terim cum ratione ab eo factum, quod loca, in quibus re-
 gi gratulari posset, ab hostili incursu tuenda sibi in tem-
 pore putauisset. Perseueraret modo strenue: Vladislau-
 um primo quoque tempore annixurum, ut expectationem
 spemque de se conceptam adimpleret. Interea Strigo-

niensis archiepiscopus, et Ladislauus Gara, qui coronandi postumi in primis autores, adiutoresque fuerint, seu, desperatis reginæ rebus, propter successus Vladislai, seu rati per transitionem suam, quam reliquos dignitate inferiores secuturos credi par erat, reginæ animos infrangi, et ad concordiam converti posse, cœperunt cum Vladislao clam per internuntios agere, ut impune ad eum transire liceret; acceptaque in id fide, Budam properabant. Vladislauus vero qui sciret, magnam esse talium virorum, apud populares suos, auctoritatem, multumque huc, vel illuc mouere animos vulgarium pariter, & nobilium posse: ubi appropinquasse ciuitati percepit, obuiam progressus, benigne complexos bene de se spenare iussit. Die in sequenti quom ex composito, utriusque gentes primores quam magnificentissimo apparatu ad regem conuenissent: missi sunt, qui illos in curiam inducerent: ubi archiepiscopum in hanc sententiā locutum tradidūt. Intellico, rex inclite, purgadum esse, quod, in rebus fere omnium maximis, consilium ter variasse videmur. Primum, quom te, qui apud nos regnares, accersendū censuimus; deinde, quom reginā filium suum coronantem contra fecimus secuti: nouissime, quando, illius partibus omissis, nunc ad te reuertimur: ut verēdum sit ne aut spernendi a te velut imbecillitate animorum laborantes, aut cum suspicione accipiendi, ceu parum fideles his, ad quos inclinauerimus existimemur. Non enim sententiam, fidem ve mutando toties, velut in contrarium acti sumus:

sed

sed quom ageretur de conseruando augendoq; regno no-
 stro, idque, quantum magnitudo rei postulat, nos sollici-
 tos haberet, seu nimia cupiditate, seu humana ignoratio-
 ne, quod optimum foret non satis constituebamus. Atq;
 ideo nunc hoc, nunc illud approbantes, minime mutato
 proposito, ad id, quod efficacissimum videbatur configi-
 mus, non studio partium, sed charitate patriæ; cuius sa-
 lutem dignitatemque periclitari intuebamur: neq; enim,
 vt de me fatcar, quod de alijs etiam sentio, quom a no-
 bis accitus es regnatum, ideo tantum consensi, quod, oh
 virtutem tuam, maiorumque tuorum gloriam, dignissi-
 mus videreris. Inuitabant ea quidem, vt consentirem:
 verum non de ornando, augendo ve te consultatio erat:
 sed quom, post mortem Alberti, regnum nostrum in orbi-
 tate velut prædæ Turcis expositum appareret: inuictum
 regni tui robur in primis occurrebat, quod, per vicinita-
 tem, et fœderi nobis coniunctum velle deberet, per am-
 plitudinem autem facile posset nos tueri, et conseruare:
 videbatur & tua, tuorumq; interesse, vt quæ nobis im-
 minebant pericula propulsarentur. Atque ideo freti vi-
 ribus, & amplitudine regni tui, quom de fide dubitare
 non possemus, quando in rebus vestris idem exitus, quem
 in nostris pateremini, foret a vobis expectandus: vna-
 nimi consensu ad te configimus, rati fore, vt in ditione,
 et tutela tua, res nostræ domi, forisq; maxime florerent.
 Postquam vero regina seu mala ratione, seu malo fato
 percita cœpit a communibus consilijs resilire (quamquā
 E ij & ego,

Et ego, et qui illam mecum fecuti intelligebamus, ad publicas necessitates parum momenti illinc eſcā accessimus tamen: tum quia nefarium apparebat, reginam nostram, Et eandem Sigismundi regis nostri filiam deserre, prius quam patriæ periclitatio nos cogeret, tum, ut in viam rectam (ſi fieri poſset) reuocaretur, et tu defectionem nostram veritus, tantisper deliberabundus ſubſteres, dum iniretur ratio ſedādi ciuiles discordias, quas celer aduentus tuus, tumultuante abhuc regina, videbatur excitaturus. Crucibamur enim animo, intuentes exarsurum bellum intestinum, euocatione tua, per quam externum extingue voluerimus. Atque ideo omnia prius experiri certi, quam patriam ſuo ſe gladio conficiētum intueri, tam diu in parte altera perſeuenuimus, quoad ratio officij erga reginam, et gratissima noſtris animis memoria Sigismundi, charitati patriæ non concedit. Ubi vero ambitione reginam elatiorem vidimus, quam que adduci poſset, ut periculis ſuorum parceret, Et in illis angustijs eſsemus, ut aut patriæ, aut officij iacturam facere oportet; maluimus boni ciues, quam officiosi clientes dici, Et, relicta illa, que, niſi per ſummas omnium noſtrorum calamitates nec regnum aſsequi, nec adeptum tueri poſset, rurſus ad te conuersi ſumus, in cuius auctoritate pacem domesticam, in armis vero foris vicitoriā intuemur. Idem patriæ ſalutis ſtudium, quod ad te vocandum, quod ad ſecedendum paulisper ad reginam nos compulit, nunc ad te reducit. Debet probari
abs te

abs te tam propensa, constansque in patriam fides nostram,
quom intelligas, propter illam, nos etiam fama subiisse.
discrimen. Maluisse mus quidem ut prima consilia no-
stra processissent, & vt sic apud nos regnasset, vt officiose
erga reginam, eiusque parentis memoriam immortalcm
mansissemus, et vt quieti inter nos, tua, tuorumque au-
ctoritate accedente, non solum finibus nostris hostem sub-
mouere, verum etiam agrum illi suum infestum reddere
potuissimus. Nunc quando utrumq; assequi non licuit,
incolunitatem patriæ cum fœlicitate tua sequentes peti-
mus, vt quemadmodum verecundiæ nostræ indulgeri
debet, quod aliquamdiu cum regina fuimus, præsertim
vt reconciliaretur tibi, ita nobis fraudi non sit, quod ab
ea quieta consilia contemnente, salus, & pax regni nos
abstraxit. In futuro quales experieris nos habeto.

Vladislau contra minime daturum fuisse fidem vt se ac-
cederent, nisi bonos fortisq; viros iudicasset. Satis scire
tranquillitatem patriæ conicuiq; charissimam esse debe-
re, sed ante omnes illis, qui ab ea in summis ornamentis,
summag; dignitate essent collocati. Quæ egissent omnia
sic accipere, tanquam pro pace, ac firmamento regni ge-
sta essent, non contra se: neq; enim quicquam commis-
se, propter quod hostilem animum aduersus se gerere de-
berent: nisi propriea sibi insci vellent, quod, relicto flo-
rentissimo regno suo, et omisa cum pacande Lituaniæ,
in qua, propter cædem principis perpetuatam, belum ex-
ardesceret, vires animumq; suum conuerterat ad tute-

iam stabilimentumque regni eorum. Quod ad reginam
 attineret, minime reprehendi posse, si ad extremum vo-
 luntati illius publicam salutem prætulissent: nec enim
 regibus fidem obligari euertendis regnis, sed conseruan-
 dis. Hortari ut adessent animis, ac viribus ad cæ-
 tera, quæ superearent expedienda. Breui affuturam
 tranquillitatem illam, quam optarent, modo ipsi factis,
 & consilijs opportunis orationi sue fidem facerent.
 Regina, quamvis, ubi suorum fidem labefactari vidit,
 & ad Vladislai felicitatem deficere, male esset animo
 affecta, tamen, dissimulata muliebri trepidatione, ne, si
 quantum metuebat, indicasset, reliqui in desperationem
 adducerentur, Ciliæ comitem ad se vocauit, communica-
 toq; cum eo consilio, nuntios cum literis Cassouiam, &
 ad cæteras ciuitates, quæ Vladislauum, aut suos, sub
 ipsum belli initium, excluderant, circummisit, iubens ut
 essent bono animo: propere affutura auxilia, quibus tu-
 eri ipse commode se possent, & Vladislauus toto regno
 excluderetur. Moxq; conductitum militem ex Boemia
 acciuit, &, consentiente in id episcopo, Iaurinum dili-
 gentissime communiuit: collocatisq; illic copijs suis, velut
 in loco opportuno incursionibus faciendis aduersus Vla-
 dislauum, et suos, cum filio transtulit se Posonium. Id ubi
 a Polonia compertum, misit Vladislauus ex gente utraq;
 numerosum exercitū ad Iaurinum obsidendum, ducibus
 Huniadiano, et Sandiugeo Ostrorogeo. Forte ita cue-
 nit, ut comes Ciliæ, qui illuc accesserat, inspecturus, an

satis

satis omnia firma munitaq; esent, & an constantes, con-
sentiētesq; inter se, perseverarent omnes tuendis reginæ
partibus, cœptus sit cum alijs, qui illic erant, obsideri, su-
peruenientibus qui a Vladislao missi fuerant. At ille,
vt erat vir acri, & elato ingenio, ante omnia, confirmata-
tis suorum animis tolerandæ obsidionis, factaq; ipse affu-
turi propere subsidij ex Austria, & Boemia: ne cui de-
eset occasione retinendæ reginæ in sententia, si forte,
propter efficaces conatus Vladislai, animus eius demitti
cœpisset: quom cūdideret, se cum suis imparem apertæ
eruptioni: constituit clam euadere Posonium. Cum pau-
cis igitur silentio noctis profectus, per hostium stationes,
moxque Rauo superito, in insulam, quam non procul,
Danubius circumpleteatur, quam occultissime se trans-
tulit, natus illinc commode se elapsurum ad reginam.
Quare ab hostium speculatoribus comperta, missi sunt
illico cum Lescone Bobritio, impigri, et expediti aliquot
milites, qui insequerentur, comprehendenterentq; fugientē.
Sensit & comes patefactam fugam suam, & sequi a
tergo hostes. Itaq; diffidens euadendi celeritati, laten-
do illos fallere instituit. Edixit ergo suis ut ab inse-
quentibus, se facile capi paterentur, subindeq; a domi-
no suo, qui in oppido remansisset, missos se cum manda-
tis ad reginam profiterentur: nec mora, in siluam, qua
profundissima erat, ipse se immisit. Captis e familiaribus
nonnullis, quom singulorum assecueratio in unum con-
gruens fere persuaderet: inquisitio a Polonis propemo-
dum

dū omittebatur. Tum Samiscia quida haud rei militaris rudit, eos callido cōmēto, atq; argutia increpuit, tanquam desertores domini sui: qui per imprudentiam minime noscitantium cum, haud procul in silua foret interfectus. Ad eam vocem bene simulatum mēdaciū aperuere humani affectus. Itaque instaurata diligentius inquisitio ne, lustratisq; hinc inde omnibus latebris, tandem a Lessone ipso comes inuentus est et captus, moxque cum ingenti militum gaudio ad exercitum, subindeq; ad Vladislauum Budam perductus est. Quom exhiberetur in conspectum, non solum utriusque gentis principes conuenient, sed promiscua etiam omnium ordinum multitudo, partim miserantium præsentem viri conditionem, memoria pristinæ dignitatis, partim aſſuerantium vere iustū humanarum rerum inspectorem deum eſſe, qui debitas ab eo perfidiæ pœnas expetisſet. Ille nihil purgans, oblitusque inſitæ ingenio ferociæ, ſubmiſa, & effricta nimium voce, ac gestu veniam precatus est. Vladislauſ autem minime duro vultu ſupplicem alleuans: Maluifsem, inquit, vt fides tuat amicum buc adduxiſſet, quam felicitas mea captiuum: idque factum foret procul dubio, ſi ambitio, expugnata animi tui fide, & constantia, non extorſiſſet, vt debiti mihi principatus, vicarium te potius, quam ſotium eſſe velles. Nunc quando fortunam meam potius, quam benevolentiam experiri, & vanam ſpe, beneficij in me tui gratiam corrumpere placuit, impugnando iudicium, quod de me fecens, quom vnanimi omnium

omnium consensu electus sum, qui apud vos regnarem: placide feres, si ego viciissim erga te magis factorum tuorum præsentium, quam electionis, a qua, nulla mea culpa, defecisti memor esse cogor. Moxq; in custodiam tradi iussit. Postridie Vladislauſ seu periclitantis ciui- li tumultu Lituaniae discrimen sollicitum haberet, seu patrij regni desiderium male ferret, seu abhorrens ab immanitate intestini belli, quod gerendum illic videbat, seu cupidus denuo conamq; experiri qua tandem mente Hungari erga ſe forent: conuocatis in arcem omnibus, quorum auctoritas aut publice, aut priuatim eminebat, huiuscmodi orationem habuit: Satis intelligebam, quom me apud vos regnatum vocaretis, non mibi sed ne cessitatibus vestris id tribui: sed neque id oratores ad me missi dissimulauerunt, & plerique ingenui subinde profeſſi eſtis. Quom tamen benignitate dei, maiorumq; meorum virtute, longe lateq; haberem, ubi fæliciter regna rem: stabiliendi res vestras curam ſuscepem, magis, ne fidem meam in periculo ſuo implorantibus vicinis, fæde- natissq; deſſem, quam quod amplitudini meæ neceſſari- um putarem. Sed et quieta omnia domi, consentientesq; inter ſe voluntates vestras nuntiabatis: quicquid vero laboris, ac periculi bellicis actionibus exhauriendum eſ- ſet, ab eo hoſte imminere, cuius impetus frangere, ac re- tundere longe pulcherrimum, & glorioſum foret apud omnes populos, & nationes, quæ religione nostram pro- plicentur: que (ſine inuidia loqui liceat) multo ſecus ſe.

F habent:

habent: quippe quod ex vobis multos inter vos video
 dissidentes, & longe maior dimicatio domi proposita ap-
 paret, quam timeri foris potuerit. Itaq; distribuitur saepe
 animus in diuersum, quom vel desistendum ab incepto,
 vel praebendum me ducem in ea acie, quæ propemodum
 ad parricidium sit armata, considero. Cæterum ex ve-
 stra simul, et mea re magis esse videtur abstinere, quam,
 per intestinum bellum, ad propositam mihi per vos spem
 peruenire. Occurrit enim iam nunc animo totius belli
 species: video vos gentem vnam non, vt multæ aliæ, ex
 conueniarum multitudine casu congregatam, sed vnius
 linguae stirpisque, ac propemodum familie. Circumspicite
 vos singulos, & vniuersos: adeo estis inter vos iun-
 eti sanguine, & affinitatibus, vt verius domus vna, quæ
 natio dici possitis. Nemo ex vobis vnis violari potest,
 quin eius iniuria pene ad omnes pertineat, atq; in illum
 ipsum, qui intulerit, per quandam veluti circuitum co-
 gnationum redeat. Hanc unitatem coniunctionemq;
 sanguinis inter vos, quam vobis semper profuisse, mihi
 vero in primis profuturam externo bello submouendo exi-
 stimabam, distrahi in diuersum violarique mutuo, non
 aliud mihi quidem videtur, quam naturam ipsam, &
 quidquid in ea venenabile sanctumq; est, euertere. Du-
 bius est, vt aiunt, euentus belli: sed blandiamur vobis,
 & succubituros armis nostris aduersarios concedamus.
 Post fratrum parentumq;, ac cæterorum propinquorum
 exhaustum sanguinem, restat, vt si Turcus lacefferit, ad
 uersus

uersus illum vos producam, ante omnia, intestinis cladi-
 bus debilitatos, sed & plerosq; cognati, aut propinqui cu-
 iusque cæde imbutos. Quam spem victoriae mihi propo-
 nitus tam nefarie cruentum agmen, et suorum strage, ac
 vulneribus cōscelenatum educenti? Deus meliora velit:
 non ætas, non fortuna mea est, vt pertam abominan-
 dam dimicationem properandum mihi censem ad spem
 maioris amplitudinis: nec tempus, nec virtus, aut ani-
 mus deerunt gerendis honestioribus bellis. Nunc ante-
 quam mutuis sceleribus coinqinetis manus; dum inte-
 græ adbuc regni vires, et animi, nōdū cruentatis armis,
 inter se conciliari possunt vel ad retinendam simul pri-
 stinam dignitatem, vel ad patronum concordi voto deli-
 gendum; tum grato erga vos animo meo dignissimum;
 tum rebus meis vestrisque, conducere arbitror, vt ego,
 propter quem, tumultuari cœpistis, retro iter fletam. Fa-
 cilc, ubi ego abfuerō, in gratiam mutuo redieritis, &
 quod in magnis discriminibus alias sœpe fecistis, mini-
 me difficulter rationē inieritis publicæ salutis expedien-
 dæ. Quod si ad me rursus configiēdum censueritis, tam
 primæ, quam secundæ euocationis vestræ memor, eni-
 tar, vt in cessione hac mea, nihil aliud a me quæsum
 intelligatis, quam salutis vestræ remedium. Interim as-
 sequar, vt haud perpeti potuisse dicar, in gratiū meam pe-
 riclitari fœderatū, ac bene de me meritum regnū, et rem
 Lituanaam sic cōstituū, vt multo liberius si opportunū du-
 xeritis, incolumentis vestræ curam denuo subire possim.

Verba Vladislai cum summa laude moderatissimi animi accepta, plerisq; etiam lacrymas excusare. Quom vero, ut liberius consultarent, e conspectu abiturus assurge-ret: voces vndiq; auditæ aſſeuementum, nemine magis interefſe oportere: quandoquidem eo uſque afficeretur rebus ipsorum, ut amplitudinis, & gloriæ ſuæ videre-tur oblitus. Vel ex eo dignissimum eſſe, quem regem apud ſe vellent, quod ſalutem regni anteferret cupiditatis regnandi. Non tantum ſperaffe, quando elegenint. Nunc veram in eo fidem regiamque virtutem experti, non commiſſuros, ut prudentiores in eligendo, quam con ſtantes in conſeruando ſibi rege fuſſe dicerentur. Et iam rursus Vladislauſ aſſederat, cum cæteris haud ſane ciuiliter, neque in consultantium morem ſtudia ſua efferentibus ſilentium fecit exaudita vox Huniadiani. Ille peregrini regis euocationem contra imminentia diſcrimina, velut in neceſſitatē reiſciens; ne prius, quam poſtumus coaſceret, aut extero bello, aut domeſticis ſeditionibus regnum ſuccumberet: quicquid in eo eligendo, actum dictum ve eſſet, confilia tempori accom-modando, deliberate factum: ſi quid, contraria, ab aliquo tentatum; aut humano errori, aut ſuperuacuæ fidei erga regiam stirpem aſcribendum prius aſſeuerauit. Tum ſa-tuſe ſcire, inquit, ſupra muliebrem ſexum, conſtantem reginam eſſe: verum haud facile deſciscere ex toto a na-turalibus affectibus. Nata ſibi, præter ſpem, virili pro-le, indulgendum, ut matri, ſi pro filio ſollicita foret: ſe-quaſa-

quæ saluberrima sibi, ac regno essent non prospiceret, to-
loviandum infœmina. Non alios ad eam conuenisse, quā
quibus tanti incepti vtilitas, nondum satis intellecta fo-
ret: quos publicæ opportunitatis ratio ad Vladislauum
congregasset, exploratam iam virtutem eius in fide reten-
tunam. Eosque etiam ipsos, licet haud sane multos, er-
rore iudicandi, aut officio erga reginam in diuersum ab-
stinctos, plurimorum consensum reuocaturum: facileq;
vbi noui regis tam singularis animi corporisq; dotes vul-
garentur, sese illi dedituros. Longe maxima difficulto-
raq; transfacta. Teneri iam Budam sedem regiam: tum
comitem Ciliæ, cuius viuis spe maxime regina elata ad
tumultuandum foret, fœlicitate publica in potestatem
datum. Reliqua sine armis, sine cæde, ac sanguine in
ditionem ventura: non futuros qui vim potius, quam
clementiam regis vellent experiri, præsertim quod lon-
ge impares viribus, nedum victoriae, sed ne tuendi qui-
dem se, spem concipere possent. Non facturum regem ex
instituto grati animi, si adeo de se benemeritos, in eo tu-
multu destitueret. Præsertim quod longe plus periculi,
ex discessu suo immineret. Nam et reginæ partes quo-
dam pertinacius subinde defensuros, et quos nitio publi-
cæ salutis ab illa abduxisset, acrius in proposito perman-
suros. Facile Turco fore, mutuis seditionibus occupatos,
& a defensore destitutos aggredi, & expugnare. Sed
vt cum regina in gratiam omnes rediissent: sine duce, si-
ne capite, tam grauis belli impetum minime laturos. Fi-

eri posse, ut aut tædio, aut pudore muliebris dominatus,
 sc̄ ad alium quempiam conuerterent, in cuius potesta-
 tem venisse Hungariæ regnum, Poloni postmodum gm̄
 uiter ferrent. Sed neque honestum regi apud suos, alic-
 nos ve talem redditum fore. Nemini verisimile apparitu-
 rum, ob aliā causam tam inclitum regnum om̄issum, nisi
 quod aut regere, aut tueri posse desperasset. Rogare per
 salutem vtriusq; gentis, et regni, vt in proposito perseue-
 raret, et bene initum solium vtriusq; nationis constanter
 expediret. Omnia breui, & quieta sibi, & libera fore.
 Qui adēsent scire satis paritos iam tum pr̄sentem i-
 psū denuo regem dicere, ac constituere, et iurciuando
 fidem, atque obsequium despondere. Non altius verba,
 quam auctor in animū descenderant Vladislai, propter
 insitam eminentemq; in viro animi indolem. Sed et subse-
 cutæ vniuersorum acclamations, flagitantū, ne se in
 tam discriminosa conditione desereret, & cum dicto, v-
 nanimi consensu committunt, deduntque se, ac sua omnia
 illius fidei & auctoritati, decernuntque ipsum regem
 iterum, et cooptant. Nec mora, cœpta est eius coronan-
 di consultatio. Sed occurrit at difficultas vetustæ con-
 suetudinis, & ad id temporis religiose obseruatiæ, quod
 sacri, ad eam rem, corona in potestate regin.e enat. Nec
 placebat committere, ut videretur, ad eiusmodi solenne,
 in qualibet corona tantundem momenti inesse. Itaque
 quom neque spes foret, persuaderi, aut cogi subito regi-
 nam posse; nec vellent cœrimoniam coronandorum re-
 gum

gum vulgari per nouas coronas : ad illam, quæ maxime propria sacræ apparebat, configere: cōstitueruntq; pro temporis, ac rerum necessitate, vti ad eam rem corona, qua sancti Stephani primi Hungarie regis caput exornatum religiosissime seruatur, ceu veræ virtutis exemplar, atque incitamentum post ipsum regnaturis. In ea disceptatione multa probra iactata in Ladislaum Gamam, cuius maxime permisu regina coronam sacram intercepserat, ægreque a vulneribus, & cæde temperatum, intercedente rege, propter fidem accedendi se libere obligatam: captus tamen est & custodiae traditus. Cumquæ rex deprecaretur, et fortunæ se, quam fidei iacturam facere satius diceret, vix, post triduum, ut liberaretur impetravit. Amotus est tamen præfectura Visegradi, subrogatusque in eius locum Vincentius Sciamatuleus.

Reginam interea, quom se orbatam consilio, actionesq; suas magna ex parte debilitatis videret, capto abductoq; in custodiam comite Ciliæ, et labante iam suorum fidei, post defectionem Strigoniensis, id q uod minime in tanta muliere suspicandum arbitror, sunt qui insimulent ad fraudem animum adicisse, propositaq; ingenti mercede, si facinus transfigeret, adegitse quædam ex suis, quem sibi in primis fidum credebat, ut Budam se conferret, & Vladislaum quoquomodo veneno extingui curaret. Sed cupiditas eadem, quæ leue ingenium ad partes suscipiendi facinoris adgebat, compulit etiam, ut rem Vladislao aperiret, sive cumulatioris remunerationis, quans

quam foret pretium, quod pro scelere contempſiſſe videri
volebat. Id ſeu non crediderit, ſeu credere diſſimulaue-
rit, ne, ſi veneno in ſe graſſatam reginā affirmaſſet, ſpem
omnem reconciliationis in posterum excluderet, Vladis-
laus hominem execratus tanquam ſceleſtum, et diſſa in-
dicantem e conſpectu ſuo abire iuſſit. Verum primores
procerū, vbi nefis, quod attulerat agnouere, per omnes
cruciatus excarnificandum, robustiſſimorumque deinde
equorum caudis alligandum, diſtribendumq; in partes
quatuor tradidere, iuſtiffimas ab eo pœnas exigentes, ſi
ue veri, ſiue diſſa detulifſet. Itum deinde Albam Rega-
lem, ut Vladislaus coronaretur. Quo perlata iam erat,
ex Viſegrado arcula, in qua cuſtodiuntur ornementa
ad c.erimoniam coronationis religioſa. Quibus in medi-
um prolatiſ, adiecta eſt, prout couentum ſtatutumq; erat,
Sancti Stephani corona. Proditum memoriae eſt, quom
primum Hungaria regni nomen accepit, ſacrum coro-
nam induuiasq; initiandis regibus, religioſas Sancto Ste-
phano primo regi a Romano pontifice cælitus monito de-
ſtinatas, ſeruatasq; dcinde ſolenni cuſtodia, veluti fau-
ſtum auſpicium futuriſ regibus, eadem qua ille regni fœ-
licitate coronandis. Ordinem vero ritumque initian-
di illic reges talem vetuſto more ſeruari: Sacrificante,
qui in Hungaria ſummus eſt pontificum, circumſiſtentि
busq; omnibus, ad quos regis pertinet nominatio, in tem-
plo, quod auguſtius eſt, in Alba Regali ad altare ſiſti-
tur, qui eſt rex futurus. Statimq; a canoniciſ exuitur, de
inde

inde pontifex precationes solennes praedit, quibus regno
regique, cuius caput dextera tenet, deum propitiet, veni-
amque, & pacem impetrat, ut publice, ac priuatim si-
bi, oppidis, vicis, ciuitatibus, populis, nationibus fau-
ste, ac fæliciter ineat, geratq; regnum, facultates, fru-
ctusque multiplicet, fines, & imperium propaget, aucto-
ritatem denique, & gloriam augeat. Tum manus eius,
dorsumque arcano, oleo perungit, & mox vestiri iubet.
Ornato deinde sacris induijs, crucem in primis tradit,
per quam significari volunt, ius apostolicæ legationis in
designandis episcopis ab ipso initio regibus Hungariae
permisum ab Romano pontifice. Deinde sceptrum, po-
mumq; aureum, & vexillum regia insignia exhibet, &
vniuersciusq; inter tradidum sacris verbis interpretatio-
nem prosecutus, tandem prolatis in medium regni legi-
bus, institutisq;, exigit, ut in verba ipsorum iuret. Ille rbi
in quæ concepit pontifex verba iurauit, illico corona-
tus, suggestum ad id præpanatum conseendit, et plerosq;
in equestrem ordinem cooptat, ut intelligatur regnum
ab armis ausspicari, nihilque prius, maius ve apud reges
esse oportere, quam nationem incrementumque militaris
disciplinæ: cætera ornare, illam tueri, & augere impe-
ria. In eodem apparatu postea procedit ad templum di-
uis Petro, & Paulo consecratum: ibi in tribunal se re-
cipit, & controvrsias aliquot audit, & decidit, ut se-
cundum rem militarem, iustitiam, præ omnil us, colen-
dam & sciat, & doceat. Tandem sublatus in equum

postquam ciuitatem lustrauerit, progreditur extra portam ad diui Martini ædem, turrimque illuc altissimam concendet, & quam maxime potest, protenso extra turrim brachio, ad quatuor mundi partes nudatum ensim porrigit, quasi vndique regnum tutatus, aut certe illius fines, & ditionem propagaturus. Ubi vero in ciuitatem redijt; solennia coniuicia celebrantur, strepuntq; publica gratulatione vi.e, ac domus omnes. Quibus omnibus, ubi archiepiscopus Vladislauum de more coronauit, rite, atq; ordine seruatis, postridie, ex vniuersorum, qui conuenerant sententia, constitutum, ut corona sancti Stephani cum sacris induijs recoderetur, asseruaretur que ad futuros reges initiandos, si non contingenteret recuperemiri sacram. Abrogata deinde postumi coronatio, & ne quis cum pro rege duceret, edictum. Agriensi episcopo, cuius, usq; ad iniudicium, auctoritas, apud Vladislauum, eminebat, nouum sigillum regni commissum, et in qua fraus, error ve committi posset, veteris sigilli fides exauertonata: pronuntiatumq; ad populum, ne literis ullis præterquam novo sigillo signatis crederetur: præterea, ut omnes immunitates, priuilegiaque a prioribus regibus concessa, eiusdem sigilli fide confirmarentur: mulitorum, qui de regno, aut de rege benemeriti, dignitas, & conditio adiuncta: cæteris spes facta, modo se dignos exhiberent, in quos liberalitatem suam rex exerceret. Paulopost, quom haud magni discriminis negotium superesset, pacandis reliquijs tumultus ab regina concitatii:

satisq;

satisq; sine externa ope, virium affuturum constaret: plurimi Polonorum cum bona regis venia retro in patriam abiere. Regina vero, cognita Vladislai coronatione, multis, dirisq; imprecationibus Hungaros execrata, quod in re simili longe disparest se Polonis exhibuerint. Ab illis namque impuberem regem, cum summa fide educatum, nec solum intra paternum regnum cultum sanctissime, verum etiam cum suarum rerum discrimine, strenue productum ad possidendum aliena: ipsos vero legitimum dominum pauloante abs se coronatum, Alberti regis filium, & eundem Sigismundi nepotem, per sumum scelus, paterno, et aucto regno exturbare, peregrinumque apud se, praeter ius, fasq; regnaturum admittere. Et quia virium plus haberent, pro libidine sua, tum foeminae sibi, tum infanti regi, quos, cum maiorum meritis & sexum, & aetatem tutari oportuit, insultare, oblitos vindicem deum longe magis, quam ipsos posse, ac pollere: submissisque deinde, qui clam circumeundo ciuitates, quo ad fieri posset, populorum in fide manentium animos confirmarent, consiliumq; suum illes aperirent, in Austriam commigravit, & Friderico imperatori parvulum filium, sacramque Hungariae coronam commen- davit. Qui, vt poterat patruelis, curam postumi, & coronam haud grauatum suscepit. Ipsa deinde freta nonnullarum urbium constantia, & fide, non destitit procerum quoque voluntates clandestinis nuntijs ad se acclinare; cum austriilibus vero, ac Boemis congregadi exercitum

cōſilia inire; vt quoquomodo Vladislauſ ex Hungarie regno exturbaretur. Interea Turcus, per occaſionē in testini bellī, Hūgariam facile ab ſe occupari poſſe nituſ, Belgradum oppugnare adoritur, & quom parum cuno, atque altero impetu profecifſet, oſſidendo in potestatē redigere volebat. Id oppidum inter Danubiū Sauumque, vbi commiſſentur, ſic eſt ſitum in cliuo, vt ab utroque amne inferiora eius abluantur: ſiquidem qua Euruſ ſpectat in ripam uſque late proneque deuexum, deſinit in Danubium; qua Austrum excipit Sauus allabitur: reliqua ipſius per cliuum extenſa, muro, et foſſa velut diuiduntur a continentī. Itaque, fabricatis nauibus, quibus, in utroque flumine, adhibita custodia, tam ſubſidia, quam commiſſatus arcerentur, intercipereturq; Turcus caſtra ex diuerſo ſic metatus eſt, vt nemo omnino ab oſſeffis emitti, induci ve poſſet: ſibi vero, quoties libuiſſet, murum aggredi, ac tentare facultas foret. Nec ſubinde deſtitit aut opplere foſſas, aut machinis quaſa- re muros, & coædificatis etiam lignis turribus e regione propugnaculorum arcis, ad defenſores e muro exturbādos: quom interim ſui quoque inopia commeatuum afficerentur, neque appareret diuturnam moram oſſidionis tolemituros: quandoquidem paſſim in exercitu exaudiebantur querelæ fame extabescentium; ſolumque id, ne iam tum oppugnatio intermitteretur, retinebat, quod de ſpenſato ſuorum auxilio, propter intrinſeca certamina, quibus regnum agitabatur, minime credibile emiſſi, oppi- danos

danos diutius se defensuros. Praefectus iam pridem cum valido illic præsidio erat Ioannes Vnnus vir audax, & rei bellicæ peritus: quippe qui Florentia ortus, Tusco ingenio Hungaricam ferociam adiunxerit: & constabat, strenue oppidum defendi vndique. Sed quom veluti de porta regni, ea in oppugnatione agi omnes sentirent: Vladislau, quom censuisset Turci conatus retundendos: dum copias colligeret, instrueretque memor ex petitæ pauloante ab se amicitie, oblatique sibi sponte in rebus suis difficultibus auxiliij, ante omnia per legatos de dissoluenda obsidione agendum putauit. Missi igitur Dobrogostius Ostrorogeus, & Lucas Gorensis, qui, renouata memoria legationis vltro Cracouiam missæ peti-
tum fœdus, atque amicitiam, cum aseueratione submit-
tendæ opis ad Boemiam expugnandam, si ex usu suo Polonus esse censuisset: profitcreniur, meritum adeo be-
nignæ in se volütatis tam alte in animum Vladislai de-
scendisse, ut bellum, quod inferebatur non prius armis
propulsare voluisset, quam vicissim pacis, et benevolen-
tiæ mutuae consilia proponeret. Itaque si Turcus absti-
nere vellet ab infestanda Hungaria, quæ, deo, atq; ho-
minibus volentibus, iam Vladislai facta eset, facile fo-
re, vt de fœdere conueniret: in quo ineundo seruandoq;
daturum Vladislauum operam, ne pacis studio, aut offici
orum commutatione inferior deprehenderetur: qui si ar-
ma mallet, & vires experiri, annixurum, ne illis etiam
quoquomodo se vinci cōtingeret. Turcus vbi ea audiuit,

legatos, quasi subducerentur ab omni occasione iniuria
inter tot armatos infestosque, & commodius, dum deli-
beraretur, habitarent, Sinderouiam perduci commi-
fit, certus secum omnia prius experiri, & tentare, quam
illis responderet. Itaque deditonis spem prius aggredi-
ens, captates colloquijs, maiore, quam aliquando ambi-
tu, ad defectionem sollicitare coepit: sed & literæ in-
gentia defectionis præmia continentes sagitis illigatae a
militibus, passim supra murum in oppidum excutieban-
tur. Verum, ubi nihil pacati ab ullo respondebatur, ad-
uocata concione: Pax, inquit, cuius ab hoste mentio il-
lata est, detur, nec ne licet in me situm intelligam, placet
tamen & sententiam vestram, milites, cognoscere, quan-
doquidem id bellum gerimus, in quo cum fœlicitate hu-
mana, cuius ego principatum apud eos teneo, pericli-
tatur etiam religio, sanctitasque, quarum tutela, et cu-
ri ex æquo ad omnes pertinet: quippe quod, ut multum
fortuna viuendo differimus, sic eandem, post obitum
omnes beatitudinem speramus. Itaq; velim cuncta, quæ
dixero sic a vobis accipi, ut quæ, non a mea, sed ab uni
uersorum publica opportunitate proficiuntur. Nam,
quod ad me priuatim attinet, tantum in Asia, tantum
in Europa posideo, ut, quod abominor dicere, pars alte-
ri minime pudendum regnum videri queat: conseruan-
disque meis plus curæ, quam operæ subigendis alienis,
fortunam meam fortasse insumere decet: vestrum ma-
gis est, videre, an sua cuique sufficient, & quam rata
ea di-

ea diuturnaque sentiatis: præter id, quod, cum huma-
 nis fortunis, sacra, et diuina omnia sunt a vobis aliquā-
 do omittenda, si ultro nunc arma deposuerimus. Petet
 enim hostis a bello absisti, & tum demum de pace con-
 ueniendum censet. Omitto indignitatem, quod obsiden-
 tibus, armatisq; obfessi, & inermes, fortibus, & exer-
 citatis, imbellis, ac desides pacem pollicentur. Omitto
 quantum laboris molienda obsidione, construendisq; ope-
 ribus, quantum deducendis, fabricandisque nauibus sit
 exhaustum: quæ omnia hostis, quasi vincitos nos, inclu-
 sosque iam teneat, deserri iubet. Bulgaria omnis, et Ra-
 scia pars maior armis nostris iam pridem paret. In Ser-
 via etiam pleniq; ditionis nostræ fecimus. Quæ omnia
 vel retinenda sunt, vel vna cum illis cætem quoque in
 Europa possessa relinquenda. Quicunque (quod plane
 etiam hostis intelligit) habuerit in potestate oppidū, quod
 obsidemus, habet non solum veluti quoddam pignus, &
 stabilimentum rerum suarum, sed arcem etiam, & mu-
 nimentum efficacissimum alienis subigendis. Scissum est
 inter se nunc regnum, laboratq; domesticis seditionibus:
 nec tantum virium adiecit res Polona illi coniuncta,
 quātum detrahunt intestinæ factiones. Hac pacis men-
 tione, facultas tempusq; illis sedandis quæritur: ut nos,
 integris geminatisque subinde viribus aggrediantur: si,
 re infecta, obsidionem dissoluemus, facile nectendo cau-
 sar, tamdiu de pace non consentient, quoad certaminibus
 domesticis, aut Vladislai faelicitas, aut Hungarorum
 volun-

voluntas, & ratio sanior finem imponet. Quas foederis
 conditiones demum inter se conciliati, & contra nos ar-
 mati exigent, quando nunc, mutuis discordijs periclitan-
 tes, et armis nostris pene oppressi, tanquam acie vicissent,
 oppugnationem prius omitti, quam de pace agi æquum
 cœsenter? Aures nunc obtundunt superbae petitiones de re-
 stituendis Bulgaria, et Rascia: tum de cæterum regio-
 nū vrbibus, labore, ac periculo nostro expugnatis. Quod
 si facere noluerimus, bellum, quod aduersus discordan-
 tes inter se, mutuisque certaminibus occupatos, per occa-
 sionem nostram nunc gerimus, inferent nobis non solum
 vnanimes tunc Hungari, sed adiecti etiam illis Poloni.
 Quod etiam si, pacis studio, tam pudendas, et miseras re-
 stituendorum omnium, quæ repetent conditiones susci-
 perse possemus: nunquid contentum suis Despotum quie-
 turum postea putamus? cuius animus (certum habeo)
 elatus coniunctione inter se virium duorum adeo præpo-
 tentium regnum, non solum recuperandis amissis im-
 minet, sed, quicquid ubique in Europa nostrum est, iam
 nunc spirat. Non prius sibi satis factum putabit, quam,
 adducto contra nos Hungarorum Polonorumque impe-
 tu eandem, ferro, atque igne sequente, in agro nostro
 vastitatem intucatur, quam a nobis in suum illatum pri-
 us vidit. Quod si belli fortuna (omen auertat deus sed
 tamen fieri potest) consilijs eius affuerit, præter omnia
 fura, & indigna, quæ ab imto victore timeri debent;
 pium, sanctumque apud eos est, dum infandaque in gen-

tem no-

tem nostram exercere, nisi a sacris religionibusque nobis
a maioribus nostris traditis desciscamus, in nouos incre-
diblesque ritus degenerando: neque ullo sacrificij gene-
re, aut obsequio deum conciliare sibi facilius, efficacius-
que arbitrantur, quam si templa, quæ colimus diruant,
Et profanent: si sacros sanctis arcans, Et ceremonijs il-
ludant; si numinibus, Et sacerdotibus nostris insultent.
Atq; vt omnem nabiem, qua in nos, et nostra sacra grar-
santur reprehendatis, inter sanctos referunt omnes, qui
nobiscum pugnando trucidantur. Non est, milites, quod
per vanam spem pacis expectemus, dum colligit undique
vires, dum se armatis hostis, qui non prædam, aut huma-
nam laudem, sed immortalitatem ipsam præmium victo-
riæ ponit. Longe plus laboris exhaustum est, quam su-
persit. Foueas tumultuario opere oppleuimus, et propu-
gnacula ereximus, que muro imminent: cuius etiam
partem machinæ solo æquauere: ut semicaptum iam
oppidum esse videatis. Et id sane oppidum, per quod no-
stra omnia tutæ, pacataque nobis reddantur, hostibus ve-
ro sua infesta, predæque, ac populationibus nostris ex-
posita remaneant. Si parumper annitimini, si fælicitati-
tis virtutisq; vestræ memores, cogitabitis, delubra, sa-
cra, religiones, cæteriq; diuina, Et humana fundare vo-
bis, quando crux hostilis muri fundamenta demoliemini,
vicimus, milites, non in præsens modo, sed in perpetuum.
Quod si nihil aliud, quam certissimam rerum nostrarum
securitatem hoc certamen cœset nobis pariturum: satis di-

gnum præmium eſſet, pro quo pericula omnia ſubire a-
lacriter, mortemque etiam ipſam fortiter laceſſere dehe-
remus. Sed ut vicitoria hæc, noſtra omnia, cvelut ſepto
quodam, & muro nobis munit, ſic hostilia ad prædam
pateſtit, ac denudat. Hactenus cum natum luctatiſſu-
mus, in confragofis præruptisque Bulgarix & Rasciæ
montibus: fames, ſitis, labor, deſperatio vincenda fuit:
viciſſus, non alia mercede illecti, quam ut beatæ Hun-
gariae opulentiam aliquando attingeremus. Hinc iam
militiæ noſtræ præmia, hinc gloria initur. Ad portas
peruentum eſt; quibus patefactis, non ſaxa inacceſſa,
non inuiæ ſolitudines emetiendæ nobis, ſed per loca,
natura ipſa, & humano cultu longe amoeniſſima ingre-
diemur. Hominum iumentorumq; omnis generis alimen-
ta paſſim, non ad neceſſitatem, ſed ad luxuriam, cum v-
bertate ſoli temperies cœli, aquarumque abundantia
ſuppeditat. Quicquid alibi operoſa cum vix educat, il-
lic ſponte ſua fert terræ benignitas: ut credi poſſit, na-
turam colendi agri cæteris regionibus exemplum datu-
nam, præcipuo quodam cultu Hungariam excoluiſſe.
Sed neq; vſquam liberiſſorem indulgentis diuinitijs fuſſe
conſtat. Aurum enim, quod alij mortales rariſſimiſ in
locis laborioſiſſime effodiunt, Hungari, cvelut quod-
dam virgulti genus, etiam pullulans decerpunt. Vcſtrum
eſt, milites, an ad ea omnia perpetuum vobis aditum
eſtiſ aperire, an hostibus, ad veftra patefactum relinque-
re velitis. Memineritis ſubeundo murum, omnem bea-
tissimæ

tissimæ fortunæ opulentiam sine alio munimento, sine præsidio, sine custode, post illum, vobis ad prædam expasitam; a tergo vero esse liberos, coniuges, lares vestros, delubnique, & religiones, simul & victiarum vestrum præmia. Quibus, nisi oppidum transcendatis, ira, et libido, quantum victoribus licet, per omnia dira, et nefanda mox sit insultatura: ego, prout vos pugnantes videro, quam mentem vel ad imperandum vel ad seruendum habeatis, simul quid superbissimis legatorum postulatis respondendum sit, intelligam. Vos interim cuncte corpora, & que ex usu sint, cum armis expedite, ut simul cum luce cras murum aggrediamur. Digressæ milites a concione, non secus, ac si, cum victoria, propositam quoque eis prædam iam tenerent, alacres epulati, quod noctis superfuit, ut ad certamen vegetiores assurgerent, quieti dedere. Ubi illuxit, ad murum producti, malleolos, cratesque æquando itineri, per fossas, ligno, ac cespite cōiecto, iampridem tumultuarie oppletas, nec minus scalas, & vētes, cæterumque excindendarum urbium apparatum ferentes procedebant, quom interim qui ex turribus ligneis pugnabant, haud quaquam defensores in muro consistere permitterent, & crebris sagittis hostem impetendo, prope ociosum accessum suis exhiberent. Quod haud sane omnino ægre ferebant, oppidi. Certi enim fore, ut Turcus vim experiretur, si de ditionis spes non succederet, dum ille ad defectionem allicit, ipsi partes oppidi ad flumina porrectas contra na-

ualem impetum, hominibus propugnaculisque, et machinis ignem, aut lapides excutientibus, tacite firmauerant. Ex parte vero altera quantum muri tormentorum vis aperuerat, rudere simul, & gleba strenue prope ad iustum altitudinem coædificauerant. Et, per noctis silentium, pice, oleo, sulfure, incendiarioque puluere, quantum copia fuit, ligna imbuerant: quæ temere in fossas prouoluta erant. Tunc cætēta omnia, quæ aut res, aut cogitatio subiecit adminicula defensionis, prouidentant parauerantque, nec in armis modo, & missilibus, sed in obsequijs quoque, & parendi studio. Itaque quomodo incautius, quo licentius Turci ad murum properantes constitissent in cratibus, quibus iter substrauerant: coorti repente e muro oppidani faculas, aliumque multipliciter paratum missilem ignem contorquendo, terrorem ingenitem prius, mox haud minorem stragem intulere. Excitato pluribus in locis incendio, & uno veluti momento, per omnem, quam calcabant materiam sic propagato, ut neque in eodem vestigio impune perseuerandi, neq; progrediendi neque regrediendi facultas esset: tætra ibi luctatio formidoq;. Nam turres etiam ignem conceperant, trepidabaturque in castris, in quæ fumum flammamq; conuoluebat auri, quam matutinis temporibus flumina exhalant. Quæ res ab incendio oppidum immune seruauit. Ruptis igitur conturbatisque ordinibus, quisque salutis suæ expediende intentus circumspectare vndique, arma abiucere, & qua propius liberiusque effugium in tanto

tanto malo apparebat, excursare. Sed ignis tam suo, quam auræ impetu temere, per materiam incendio preparatam, volitans, aut fugientes, per strictis in cursu neruis, retinebat, aut exitum, per quem effugere properabant, præueniendo occupabat. Sed & quibusdam fumus prospectum ad fugam, quibusdam conturbatio etiam mentem abstulerat. Absumebanturq; passim ab igne, quasi subitum nouæ rei discrimen immobiles reddidisset. Pau- ci ex ultimis ordinibus, et ijdem ambusti, debilitatique in castra refugere. Cæteros ingenti numero consumpsit in cendium, cum reliquo totius oppugnationis apparatu. Neq; vero a nauibus fælicius pugnatum: quarum nonnullas vis lapidum tormentis emissa dissipauit, nonnullas ignis implicuit, reliquas fecerunt remigum gubernatorumque consternatio, aut conatus recipientium se, a periclitantibus ad integras naues, quam longissime ab oppido naufragias exegit. Ea clade perculsus Turcus, quasi non opere, aut consilio humano, sed ab numine aliquo suis inflicta eset, gratae q; etiam fame supra quam sine tumultu, atq; adeo scditione in exercitu ferri iã spes eset, obsidionem dissoluere constituit: Sed et fama erat, exercitum satis validum congregatum iam a rege ad Segedinum, accursurumque propediem. Tamen ne animandis hostibus signum aliquod trepidationis ostenderet, legatos in castra reuocatos minime benigne allocutus est, aseuerans, se tum demum pacis mentionem auditurum, si Vladislauis cessisset ea particula Rascie,

H ij

quam

quam tenebat, et Belgridum sibi, velut obsidem pignusq;
fœderis vacuum tradidisset. Abscessurum se tum quidem
ab obsidione, ut consultandi spatiū Vladislao exhibe-
ret. Suadere, ut mallet ea conditione in amicitiam recipi,
quam negando pauca, quæ postulabantur, de summa
vtriusq; regni disceptare. Peteret se ea, quæ iure belli sibi
deberetur, priusquam Vladislauis foret in Hungariam
accitus. Non potuisse Hungaros, quod ipsi non habe-
bant, ius in alium transfundere. Si Vladislauis persecue-
naret malle de alienis contendere, quam sua, quiete possi-
dere, affuturum se in tempore, & secum una inspecto-
rem vindicemq; iustitiae deum. Ea denuntiatione, tum
etiam, quia domi haud quaquam otium ab regna fo-
re apparebat, rex adactus est mittere in Poloniā, nū-
tiatum, quo in statu res Hūgarica esset, et quæ belli mo-
les a Turco immineret, petitumque ut miles, & pecunia
in stipendium mitteretur. Decretus est ad eam legatio-
nem Sanoceus, cuius eloquentia nō minus, quam rei ne-
cessitas persuadebat, facile posse postulata impetrari. Po-
lonorum primores sub aduentum ipsius conuenient Cor-
cīnum: quos ita allocutus perhibetur: Referre vobis,
quæ in Hungaria fœliciter transacta sunt, & quam nō
longe absimus, ut, difficilibus omnibus superatis, nostra
ociose, aliena vero vitiliter, ac tute possideamus, intelli-
go esse hominis, qui sit oblitus, quanta animi magnitu-
dine, etiam per omnia discrimina, regnum illud obtinen-
dum censueritis, simul putantis apud animum vestrum
plus.

plus consequendæ dignitatis commoditatem posse, quam gloriā. Nunc quando adhuc insonat auribus meis magnifica decreta vestra, nullius vel laboris, vel periculi habendam rationem; non modo fortunis, sed sanguine etiam, ac vita, adiunctæ rebus vestris Hungariæ laudem pacis endam: non dicam prope esse, ut regis vestri virtus, & fælicitas voti compotes vos fecerit: Experi-
ssum interceptum, et Budam caput regni obtineri, tum comitem Ciliæ, a quo omnes actiones consiliaque reginæ in primis pendebant, captum, vincatumque sub custodia esse; a Despoto autem, & rege Bosnæ legationes aduenisse petentes amicitiam, & obsequium pollicentes; præterea omnes pene Hungaros optimates fortunæ regiae se dedidisse impenata facturos; archiepiscopumq., & cæteros, qui in primo tumultu reginam secuti, rursus ad nos defecisse, & mox eorum omnium, quorum maxime interest, consensu, cum solenni cærimonia illic quoque regem nostrum coronatum, iam eo usque formidabilem omnibus, ut ad primam eius denuntiationem Turcus ab obsidendo Belgrado discesserit; reginam vero, desperatis iampridem rebus, trepide cum filio in Austriam profugisse, relieto modico presidio Iaurini, & itsum a nostris ob sideri: pauculas denique alias ciuitates, que se in euentum muniuerentur, magis vestrum, quam reginæ nutum respicere, et iam minimo conatu illic debellari posse. Ita & alij prosperæ fortunæ successus iacentur apud illos, quibus non decus, non gloria, sed cupiditas bellum suscipere

suscipere persuaserit. At vobis cum sic agam. Peruuulgata est non in Europa solum, verum etiam in Asia fama susceptae a vobis conditionis, conseruandi tuendique Hungariae regnum; Et tam illi, qui inceptis vestris fauent, quam qui aduersantur, suspenso animo sunt in cunctum. Vident omnes qui religionem nostram profitentur, in manu vestra situm esse, stabiliatur ne in perpetuum, an paulopost intereat Christianum nomen. Contra fonsentiant profani, ut eorum supersticio aliquando delectatur, ipsis vero Europa omnino exterminentur, si tanta constantia suscepto negotio affueritis, quanta animi magnitudine suscepistis. Nolite committere, ut aut huius misse, aut illi sperasse frustra videantur. Quom sententiam de ijs, que rex postulat dicetis, cogitabitis, vos esse velut in theatro humani generis. Innumerales populos, infinitas nationes vos circumstare, expectantes, quam fortunam, quam conditionem sibi liberis, coniugibus parentibus, rebusque charis alijs, tum aris, templis, religionibus, Et sacris ab hodierna die repromittant. Cogitabitis a decreto, quod feceritis, non Hungariae statum, sed totius penae terrarum orbis pendere: prout hoc, vel illud decernetis, ita, his aut illis regionibus, Et gentibus diuina, omnia, Et humana rata, esse permanura. Licuerit fortasse vobis recusare, quo postularemini. Nunc haud liberum est, non perpeti, Et facere omnia extrema, priusquam ingenti animo susceptam tantarum rerum eum desceratis. Antequam in Hungariam regem cœstrum

strum mitteretis, consentiens ipsa inter se suis viribus,
 suis opibus multos annos, veluti murus, ab alijs Christi-
 anis regnis, Turcorum impetum submouit. In eius vicem
 vos successistis, et cum ipsius tuendae negotio, Christianæ
 quoq; recipublicæ tuitionem subiustis. Pedem referre neq;
 fas est, neque expedit, quando eo peruentum est, ut
 cum Hungaria etiam vniuersa res Christiana aut pro-
 denda sit, aut conseruanda. Non vacat referre, quam
 multi pro dignitate patriæ vel augenda, vel retinenda
 vltro se morti obtulere: quam multi etiam, vnius a se ser-
 uati ciuis gloriam, quam vitam maluerunt. Quod si pro-
 vnius aut ciuitatis maiestate, aut ciuis salute, bene im-
 penditur vita, estque id glorioſſimum: quanto compa-
 nenda est laus, qua vos omnis mortalitas efferat necesse
 est, non vna ciuitate, sed multis regionibus, ac regnis,
 non uno ciue, sed innumerabilibus gentibus, ac nationi-
 bus conseruatis? Longe, ut sentio, minus præmium vo-
 bis proponebatis, quom de mittendo illuc rege ageretur.
 Et tamen, quom difficultia multa domi forisq; obijceren-
 tur, maluistis cum omni periculo, eam, quam tunc vide-
 batis gloriam querere, quam tuto necessitatibus vestris
 incumbere. Quod si tantum sperassetis; exiguum, me her-
 cule, tam immortalis gloriæ pretium visum foret, nō sua
 cuiusq; salus, sed cum fortunis omnibus, liberorum quo-
 que, ac parentum vel vita, vel libertas. Sed, deo propri-
 tio, non capitatis, non libertatis a vobis subeunda dimica-
 tio. Paucis militibus, & haud magno stipendio, tam di-

uinam laudem consequi potestis, modo regem vestrum iuueritis. Id ab eo expetitur, non fortunæ suæ, non virium, non gratiæ, non auctoritatis eorum, qui se sequuntur dissidentia, sed, ut, sine ciuili sanguine, aut cæde potestati suæ illic se tradat quicquid hominum ciuitatum & magis adhuc deliberat, quam repugnat. Intelligit quam immortale odium intestina bella sequatur; quantum vel virium, vel consilij domesticæ factiones, ubi gladium cruentauerint, detrahunt ad externas actiones. Videt, se sola fama subsidiorum vestrorum posse, illic debellare, & manuult beneficijs vestris integrum iam nunc Hungariam debere, quam paulo post armis suis dilaceratam possidere. Sed neque in re vestra est, regnum illud sic subigi, ut viribus prius fatis conficiatur. Laccessitus est Turcus denuntiatione regis, & sic ab obsidione discessit, ut qui mox, multiplicatis viribus, & numero copiarum, sit affuturus. Si aut tum etiam discordans, aut iam tum mutuis seditionibus confectum regnum inuenierit: maiori conatu repellatis oportebit, quia opus sit nunc in potestatem redigere ciuitates paucas, quæ de se inter reginam, regemque delibententes, propiores sunt, ut illius res profligatas deserant, quam ut huius felicitati aduersentur. Praesertim, quod earum validiores, finibus vestris obiectæ, et illinc a rege, hinc a vobis prope circumcessæ fiduciam defensionis habere non possunt. Quod si integris membris suis, ac viribus regnum id obtinebimus: preter quam quod, vobis securis ociosisque, ut semper antea,

antea, & Turci impetus refringi, & res Christiana defendi poterit; licebit, coniunctis viribus, id quod Christianum nomen ab initio huius expeditionis sibi de nobis polliceri cœpit; vltro bellum inferre, et diræ gentis nefandam superstitionem nō solum Europa exterminare, verumetiam in Asiam perseQUI, ac delere. Proponite nunc vobis, ex parte alteri, regnum celeberrimum, ac ditissimum, non solum vicinum vobis, et fæderatum, sed tutelam etiam, & munimentum vestrum: addite in vos ipsius recentissimum beneficium, quod regi vestro sponte se subiccerit: coniungite cum illo Italiam, Galliam, Hispaniam, Germaniam, Græciam, reliquasq; omnes provincias Christiani nominis: cogitate vobiscum, quot in illis nationes sint, quot populi, ciuitates, urbes, quæ publica, quæ priuata ornamenta, quot delubra, quot sacra, quot sacerdotia, quæ ciuitatum mœnia, quæ priuatorū ædificia, quam multi principes, ac reges maximi, quam innumerabiles, illustresque virorum, ac fæminarum ordines, quæ omnia cum rege vestro periclitentur: ex parte alteri sint non multæ copiæ militum, et mediocres pecuniae vestræ, quas rex a vobis postulet, ut suam, & eorum, quæ dixi omnium salutem libertatemq; expediatur: nonne malitis, sine spe aliqua, milites, ac pecunias tales perire, quam tot, tamque insignes res, atque homines in discrimine versari? Quod si non ad periculum, aut iacturam expetuntur, sed ad societatem partæ iam victoriae, laudisque tantæ, quanta debetur tot regionum gen-

tiuumque, ac ciuitatum seruatoribus: non videretur ex
grauitate, ac sapientia vestra, nunc tandem prope partam
gloriam omittere, pro qua asequenda, necessitatum ve-
stiarum oblii, aliena tuenda vobis suscepistis. Atque
ideo in decernendo, iterum, atque iterum cogitate, veli-
tis ne, non solum vos, & vestri, sed vniuersam quoque
rem Christianam in tuto collocare, stipendio, ac supple-
mento exercitus minime multo, respectu magnitudinis
glorie, qua immortaliter celebnibimini, conseruata, cū
regno de vobis benemerito, vniuersa Europa, & quæ
in ea sunt, humanis diuinisque rebus; an per ignauiam,
& auaritiam, discedendo ab expectatione de vobis exci-
tata, cum rege nostro, socios, et fæderitos in periculo suo
nunc destituere, et mox, tanquam publici Christiani no-
minis desertores, ab omnibus alijs despecti, ac derelicti,
a vobis vero proditi, ac despicii cum potentissimo hoste
vitæ, & libertatis vestræ dimicationem subire. Vbi
ille obticuit, mittenda esse auxilia omnes quidem pari
asseuentione censuerunt: sed quo numero, aut pecunia,
aut miles mitteretur, ea fuit disceptatio. Emitt enim qui
vniuersas regni vires in expeditionem decernerent, &
pacata Hungaria, statim contra Turcum præcundum
dicerent, dum trepidus adhuc impanatusque hæsitaret,
exercitu a Belgrado, velut e naufragio ingentis tempe-
statis, reducto. Cæteri negantes oportere regnum vacu-
um dimitti, propter Tartaros, & tumultuantem Litua-
niam, milites, & pecuniam definiebant, sed numero mi-
nime

nime eodem. Nam qui plurimum duodecim, qui minimum, duo millia submittenda dicebant. Decretum tandem, ut his, qui sponte vellet, sine fraude esset ad regem priuatim proficisci, & ut publicitus quinque milia militum, cum annuo stipendio, mitterentur. Eum numerum satis tunc regi ad pacandam Hungariam fore: facileque augeri posse, si alia necessitas ingruisset; se vero, haud quaquam exinde regni viribus exhaustis, non securos solum ab externis interim certaminibus, verum etiam paratos in omnes occasiones fore.

PHILIPPI CALLIMACHI
DE REBUS GESTIS A VLADISLAO
POLONORVM, ATQVE HUN-
GARORVM REGE

LIBER SECUNDVS.

VM HÆC APVD

Hungaros Polonusque aguntur, regina interim, Cassouiano, reliquisq; populis, qui vrbes suas ab initio intestinæ dissensionis communiquerant in euentum, persuaserat, ut præsidia sua contra Vladislauum admitterent: nec minus, modo suppliciter rogando, modo maxi-

I iij ma queq;



ma quæque pollicendo, principium Hungarorum antimos aggressa, interdum etiam iurgando, quod immemo res pristini decoris, quo dudum apud patrem, mox apud se, & maritum suum refusissent, cum Agriensi episcopo a Vladislao posthaberi paterentur, quasi aut nobilitas, aut recte facta illius tanti essent, pelle xenat, ut archiepiscopus, et Ladislans Gara, cum plerisque alijs, rursus ad se deficerent. Itaque, communicatis consilijs, ut eodem tempore Vladislauum, quem suos in patriam dimisisse sciebant, diuersis locis anceps trepidatio circumfisteret, in id conueniunt, ut regina, copijs, quas ex Austria Moraviaque, & Boemia exciuerat, destinatis ad Cassouiam, illiusque appendices vrbes firmandas, exercendasque illinc populationes in eos, qui Vladislauum sequebantur, ad aucto que praesidio Iaurini, ipsa se Strigoniūm reciperet; Ladislans autem, adiunctis sibi, quotcumque ad deficiendum allicere potuisset, ex parte altera bellum excitaret, & si fortuna coepito suo affuisset, se ad Iaurinum cum reginæ copijs coniungeret, ut Budam simul aut expugnarent, aut ob siderent. Impigre omnia, ut conuenerat, transfacta. Et bello quidem, quod per Romanos, Australesque conductios, ex Cassouia geri volebant, praefectus est Ioannes Isca acerrimi vir ingenij, ducumque illius temporis, militaribus artibus, & rohore virium facile princeps, raptor, largitor, & ut bello optimus, ita in pace haud aspernandus. Reliquum autem, quod fuit copiarum, regina Strigonijs se continens Iaurinum

num submisit. Ladislaus igitur apud suos criminando, indignandoque, quod gratia, quæ uniuersis debebatur, um tantum Agriensi episcopo referretur; ad defectionem Hungaros incitabat. Non illius tantum modo opibus, & auctoritate accitum coronatumque Vladislaum esse; plusq; in id valuisse gratiam, & auctoritatem plerorumq; aliorum, qui nobilitate, ac fortunis, multisque priuatis, ac publicis ornamentiis longe ante illum eminenterent. Si ad Agriensis nutum spectandum, si ab illius voluntate dependendum, frustra peregrinum regem accersitum. Potuisse sine sumptu, sine tanta molitione, domi vltro ad eum summam rerum deferri. Quid evitatum in postumo, nisi cunitorum, inter pares, dispar licentia, & auctoritas? Quam si utique tolerare oportet, multo esse officiosius, id fieri in gratiam aut patrisque postumi, quam, pro augenda nobilitandaque re Polona. Sed & pluri eiusmodi ad iniuriam regis, Agriensisq; sepe, ac multum vulgo iactando, attraxit ad defectionem secum penè uniuersam eam regni partem, quæ Dalmatia continetur, tanto populorum consensu, ut paucis diebus prope iustum exercitum in armis habuerit. Vladislaum tot undiq; simul oborta discrimina minime sane, pro rerum difficultate, conturbauere, sed consilio singula di metiens, dum ex Polonia pecunia, milesque adueniret, dum vires contraheret, quibus in omnes partes hosti par occurseret; instituit motus, in quibus minus periculi apparebat, in præsens artibus eludere, viresque illuc con uertere

uertere unde maius discriminē (si negligeretur) affore sentiebat. Itaque belli , quod a Cassouia ostendebatur , quia confici quom voluisse, admotis ex parte altera Polonis , in arbitrio suo situm credebat , interea sustinendi curam Ioanni Pereno praefecto Chesmarchi delegauit , assignato ei milite , qui in opportuna praesidia distri bueretur . Ipse , ne cui , dum abeſset , nouandarum rerum occasionem daret , propter copias regiae , quae in propinquō erant , simul ut ad omnes suorum opportunitates , velut in medio intentus eſſet , Budæ ſe continuuit . Aduersus autem Ladislauum , in cuius conatu prope coercendo , ante quam aut dux imperio , aut tumultuaria turba militaribus obsequijs assuefceret , rerum omnium ſumam plane verti conſtabat , misit Huniadianum : quem , praeter singularem peritiam rerum bellicarum , manu etiam strenuum , ac sermone promptum ſciebat , ad eaq; accedere naturalem quandam dexteritatē conciliandi ſibi animis hominum , populorumque ſtudijs promerendis ; ut de concordia prius ageret , auctorque illis fieret , ſi forte , citra ferri discriminē , cum ſuis Ladislauis ab instituto ſe retrahi permitteret . Cæterum ut , ſi parum perſuadendo proficeret , vires adhibere posset , adiunxit illi Nicolaum Fristatski , & ad milites , qui ſub utroq; militabant adiecit curiales ſuos , & quicquid copiarum , Iaurinum , ad id locorum , magis infestauerat , quam obſediffet . Profectus Huniadianus nō ſecus , ac ſi omnia infesta circa eſſent , composito agmine , itineritusque exploratis ingredi ebatur ,

ebatur, edicto suis proposito, quamdiu ab aduersa parte
spes tota reconciliationis non excluderetur, quisq; præ-
da populationibusque abstinendo, sedulo operam daret,
ut beneficio ad concordiam, potius, quam vi ad certa-
men, gentis suæ homines prouocaret. Non amplius iam
quinque millibus passuum abebat ab oppido Batta, quo
Ladislauus se cum suis receperat. Tum vero impensis cir-
cumiens, cuncti uersos, & singulos monendo, hortandoq;
dextra, leuaque, nec minus a fronte, & a tergo aciem
firmauit, ne quid per occasionem ex diuerso committere-
tur, quod pacis consilia in irritum cetereret. Tandem
haud amplius, quam mille passus ab hoste se muniuit i-
doneo loco, vnde castra opposita minime confici possent,
veritus ne humanorum affectuum lubrica vis, prospectu
suæ gentis, militū animos remolliret. Misit deinde, qui,
accepta, dataque fide, Ladislauum ad colloquium inuita-
rent, designato loco, in quo pariter conuenirent. Ea po-
stulatio negligenter auditæ, superbeq; responsum: Ecce ven-
tum esse, ubi gladio, non lingua eſſet decertandum. Sa-
tis intellectum, antequā arma induerent, quid sibi, quid
regno expediret. Si nihil ultra sibi quam se, suosque al-
loquendos destinasset: inanem laborem regem sumpsisse.
Ea, prout referebantur, productis ad concionem nun-
tijs, Huniadianus recitari fecit. Et subinde intulit:
Maluisse se laudem promereri reconciliatarum volun-
tatum publicæ saluti, quam reportare victoriam de ho-
minibus ad interitum patriæ obstinatis. Nunc quando

non facinoris, ad quod, accincti starent, conscientia, nō periclitantis patriæ discrimine, non dei, non hominum verecundia commouerentur: stringendum esse gladium, & salutem patriæ ferro expediendam, non aduersus suæ gentis homines, sed cōtri immanes parricidas. Nec enim corpora, vestitum, ora, habitum, suos ab hoste secernere, sed mentes, consilia, facta, dicta: quæ omnia in illis non hostilia modo, sed etiam parricidalia essent. Ac proinde cauerent, ubi ad manum venissent, ne hebetarentur animi, & pugnandi ardor refrigeraret aspectu patrij habitus, atq; habitudinis in hominibus equisque. Vestimenta tantummodo, & arma Hungarica apud illos esse: cætera minime a se uissimo hoste differre: sed et plerumq; animis æquioribus aduersus externos impetus prodeundum. Iustas bellii causas multas subesse posse, et eorum, qui pro imperio, & gloria decertarent, cupiditates longe tolerabiliores. Agi enim tunc non de interitu, sed de maiestate populorum. Illos non solum, sine iusta causa, sed contra etiam fidem, et insurandum suum, non ad augendam dignitatem, sed ad exterminandum funditus, ac delendum nomen gentis saxæ, arma sumpsisse. Quanto igitur odio stringendū ferrum putarent aduersus eos, qui temeritatem paucorum secuti, non oppugnatum, sed euersum charissimam patriam, per cupiditatem, atq; ambitionem venirent, tanto ipsi in aciem prodirent. Eripiendū ex ultimo discrimine patriam, indicandumq; sceleratis hominibus, deum perfidie vltorem esse, fidem denique

demique publice, ac priuatim Vladislao datam pro salute regni, perfidorum sanguine stabiliendam. Haud magni conatus eam rem fore: tumultuariam, ac semicrimum turbam ex diuerso stare non illa ducibus, non ordinibus assuetam, nec quicquam aliud in praelium afferentem, quam malæ causæ conscientiam. Si interrogarentur, quid armis peterent, non habituros quid responderent. Eadem qua profiliissent temeritate, ad primum statim congressum, fugam omnes molituros. Productis subinde copijs, instructisque in hostem aciem direxit. Nec Ladislauus certamē detrectauit, sed eadem ferocia, qua pridem legatis responderat, castris egressus sequentes se suos, ut quisq; primum se offerebat, ita in ordinem collocabat, magis temere tumultuantium more, quam ex instituto militari. Itaque armorum quidem genus par utrinque erat, ordo vero, & disciplina longe dispar. In altera enim acie omnia instructa, prouisaque non ad pugnam modo, sed ad subitos etiam fortunæ casus: in altera nulla fere species militaris disciplinæ. Cæterum hos in, illos conscientia stimulante, magno utring, ardore concursum, & a principio quidem aliquandiu anicipiti fortuna pugnatum: accurrentibus ubiq; ducibus, suosque, per omnia spei metusq; extrema, cohortantibus. Sed quom, seruatis ordinibus, recentes fessis, integri saucijs ab Huniadiano ubique substituerentur, Ladislaci, aliquandiu extracto certamine, quom, sine intermissione pugnarent, vulneribus, & lassitudine confecti

tandem referre pedem sensim cœpere. Quod animaduer-
tens Huniadianus, Nicolao, quem ad fortuitos casus
in subsidijs locauerat, signum dedit, et totis viribus ador-
tus iam tum nutantem aciem, ut pote collectorum teme-
re, nec castra, nec ducem satis noscitantium, quibusque
tam ignotum vincendi decus, quam fugiendi flagitium
esset, in fugam vertit. Multi & in prælio, & in fuga
cœsi. Inter quos plerique auctoritate, atque opibus insi-
gnes: sed nec pauciores, aut inter fugiendum, aut in ca-
stris capti. Ladislauus vero multis in locis effusam suo-
rum fugam cohibere frustra conatus, tandem cum pau-
cis elapsus, quom magis quæ vitanda essent, quam qui-
bus fideret, animo succurrerent: nullibi prius se credere
ausus est, quam Strigonium ad reginam, magnis obli-
quisq; itineribus peruenit. Huniadianus vero a re bene
gesta, retro qua venerat, ad Vladislauum cum captiuis,
et præda redijt. Ille captiuos haud sanc duriter increpi-
tos, fideiq; & iurisiurandi admonitos, præterea cognationis,
quæ propter communia vetustæ originis primor-
dia, inter Polonos Croatiaeque, & Dalmatiæ cultores
esset, quasi contra sanguinem suum arma sumpsisserent, in
custodiam tradi iussit. Deinde ad laudes, & munera
quibus Huniadianum, Nicolaumque affecit, dignita-
tem etiam adiecit, declarato utroque Transiluanie du-
ce. Cæterum quia in Huniadiano maior eminebat in-
doles ad res bellicas, ea potissimum oppida, quæ Turcis
obicitæ erunt illi commisit, & copiarum, quantum res
tunc

tunc sinebant, assignauit; ut non solum sua defendere, sed per occasionem etiam, fines hostium transcedere, atq; operæ pretium facere posset: quod postea sepiissime fecit. Et Turcis quidem magnum de se terrorem incusit, apud suos vero ingentem spcm excitauit. Multa tum prudenter tum fæliciter a Vladislao constituta: virum quidem ad id negotium diuinitus delegisse, euëtus tñdem indicauit, ut eset, qui rem Christianam prolapsuram sustineret. Post paucos dies captiui omnes liberaliter dimissi, plerique etiam viatico alijsque rebus necessarijs adiuti: qui grato animo fidelem subinde operam regi, multis gerendis rebus prestatere. Quomque pollicerentur, ex ea parte, ad quam acie debellatum fuerat, reconciliaturos se Vladislao quoscunq; victoria non attraxisset: missi sunt cum primoribus eorum Nicolaus Laßouianus, G. Sanocceus, ut ciuitates una circuissent, & populorum animos a regina auertendo ad Vladislauum traducerent. Breui fere omnibus persuasum, non alia re magis, quam repetitione communium inter se primordiorum, atq; sanguinis. Nec solum fides, sed pecunia etiam impetrata stipendum militibus, quos, ad reprimendos conatus Israë, conducendos apparebat. Non enim æque fæliciter ex parte illa res gerebatur a Ioanne Pereno: quippe quod Israë, per occasionem, magnas plerumque prædas abigebat, Scapusensemq; agrum ferro, et igne proprie ad vastitatem multa uenat: nonnulla præterea oppida intercepserat, & diripiuerat. Inter quæ Eperiesum,

Scaruscium, Clisticium, quod aliquandiu obsessum, per
 cuniculos tandem expugnarat. Id oppidum in monte si-
 tum, t'elut specula, Cassouiae imminet. Et plerq; il-
 linc clades, ad id locorum, illatæ Iscrinæ, dum aut præ-
 datum proficiserentur, aut prædas abducentes Casso-
 uiam se reciperent. Non deenatum opportunitatibus su-
 orum Ioannes Perenus: &, aut per insidias, hostium
 carpebat copias, aut in aperto illes occurrens, & leuia
 certamina committens, pro varietate locorum, & for-
 tunæ interdum victor, interdum etiam vicit abibat:
 nec segnius, aut infrequentius, quam Iscrim hostilem a-
 grum præ datum incurrebat. Cæterum quom omnia ne-
 quisquam expertus ageret, de recuperandis amissis oppi-
 dis, nullibi fortuna affuit, circu'actusq; est integer annus
 irritis conatibus. Regina autem, ubi omnes preces ad
 hortationesque consumpserat suadendo Ladislao, ut ar-
 ma rursus indueret, quia non esset viri, non saepius for-
 tunam aggredi, et, frustrata spe semel, statim animos sub-
 mittere (nullibi enim saepius euentum variari, quam in
 bello, ubi minima quoque dictu' maxima momenta ex-
 citare solerent) tandem agebat, ut instaurando exerci-
 tu pecunias sibi crederet. Sed, neq; illis impetratis, Iau-
 rinum ad suos perrexit: nec multo post, quom renuntia-
 retur, Boemos de præficiendo sibi rege agitare: ut in fi-
 de postumi, ac sua eos retineret, in Austria commigra-
 uit. Quo quom eam Ladislaus sequeretur: a Friderico
 captus est, habitusq; in custodia, donec potentibus id im-
 pensius

pensus Hungaris, rex cum redemit, quanti Fridericus
estimauit. Interea subsidia ex Polonia petita a Vladislao, numero, et apparatu insigni aduenierant. Itaq; princi-
picio in sequentis anni, licet annona grauiter labonire-
tur, hiemsq; perniciose rigeret: tamē quia festinabat ani-
mus ad pacandum regnum vndiq;, Vladislau Casou-
am versus, Buda mouit. Cui, cum multo inferior multi-
tudine, ac robore copiarum Isca eset, nullibi ausus oc-
currere, intui muros se continebat. Itaque oppidis, quæ
priori anno vel defecerant, vel intercepta fuerant, haud
difficili conatu in potestate redactis, instituerat rex pro-
ficiisci expugnatum Casouiam, cætemisque subinde ur-
bes, quæ præsidij reginæ tenebantur: ut, si quid postea
innouaretur a Turco, paribus illi viribus posset occurre-
re. Sed veriti Hungari, nc locorum propinquitas pr.e-
beret regi occasionem transcendendi in Poloniam, vul-
gata fama, reginam de pace cogitare, quasi temenarium
foret, bello ea querere, quæ per cōcordiam facilius con-
sequi possent, ut Budam reuerteretur persuasere, dimis-
sa illuc copiarum parte ad belli reliquias persequendas.
Ab initio, quom vulgaretur regia expeditio, timuerat
Fridericus, ne, expugnatis vndiq; reginæ præsidij, &
recepta in ditionem omni Hungaria, bellum mox in Au-
striam a rege transferretur, propter sacram coronam,
quam apud se depositam a regina seruabat: ferturq; de
illa restituenda secum agitasse: sed quom audisset postea
dimitti exercitum, remque non per regem, sed per vica-
rios ge-

rios gerendam, ad Cassouiam: recreatus eiusmodi cogitatione supersedit. Simul & regina demissos animos extulit rursus: &, quom antea pacis mentionem utiq; non aspernaretur: superbe respondit optimatum nuntijs, qui de concordia tractaturi ad illam perrexerant. Sed & pestis, quæ in regno grassabatur, præserium Bude, ubi eius mali ris adeo sciebat, contactu, et curatione ægrovum vulgante morbos, ut quotidiana tantum funem oculis, desperatio vero, & mors, omnium animis obuersatur, faciebat illi spem, tantisper fore otium a bellicis rebus, dum commode præparare posset ea, quæ esse usui ad partium suarum vires instaurandas, arbitrabatur. Vladislauus tamen, ubi a regina pacem sperni percepit, nihil segnius edixit, ut Cassouia oppugnaretur. Inde Ioannem cui a Galero cognomen fuit, cum non exigua peditum, atque equitum manu misit, ut se coniungeret cum præfecto Chesmarchi, &, communicatis viribus, & consilijs, Isca subinde, quo cung, se receperisset, aut exturbarent, aut obsiderent. Isca vero, quom ciuitates, quæ a regina stabant, regia vectigalia volentes iam pri- dem illi penderent, & percuteretur moneta Cremnico sub titulo, & nomine postumi: nouas copias ex Boemia conductas veteribus suis adiecerat: non tamen regio exercitui adeo parent, ut, si occurrentum esset, viribus fideret: sed in omnes occasiones Cassouiae inten- tus expectabat, quo se potissimum regij conuerterent. Inclinata itaq; illuc belli mole, summa vi utrinque & oppu-

oppugnabatur, & defendebatur. Et ab initio quidem eruptiones crebræ fiebant ab Iscranis, committebanturque leues pugnæ, in quibus ex utriusque parte multi caderbant. Sed non tam facile oppidanis, quam regijs erat, interfectorum supplementa substituere. Itaq; quom numerus apud eos in dies minueretur, appareretque, haud satis virium tuendis mœnijs, in ultimo discrimine, affuturum: raro admodum, & non, nisi magna suadente occasione, Iscra cum suis erumpetebat. Ad expugnandam igitur urbem necessitatibus humanis regij animum adiecer: ductisque operibus, & munitionibus circum firmatis, inclusos pene ociosi obsidebant. Maior erat intus hominum numerus, quam pro annonæ copia. Itaque, congestis in publicum omnibus, quæ apta esui forent, præfecti sunt duo ex præfidiarijs, & duo item ciues, qui cibaria in singula capita, quantū sustentandæ naturæ satis videbatur, quotidie expenderent: contrahebaturq; mensuræ modus in dies, quo plus temporis, & minus alimentorum superesse apparebat, donec, cogente fame, nec ab immundis quidem animalibus abstinebatur. Intolerabile suapte naturæ malum etiam desperatio augebat, quod non occurrebat, vnde affuturam opem aliquam sibi pollicerentur. Itaque quom manasset rumor, oppidanos de curbe dedenda agitare: varia erant præfidiario- rum consilia, idque tantummodo remonabatur fugam, quod impeditor apparebat, quam vt tuto possent euadere. Quæ quom ignonirentur ab regijs, diuturnæ obſedio-

nis tædio affectis, vrgente iam hieme, sine commeatu e-
 labi ab exercitu captum est, & in ipsius victoriae aditu
 obsidio paulatim dissoluebatur: præterquam quod alia
 Boemorum præsidia, quæ ijs in ciuitatibus erant, quæ
 reginæ partibus fauebant, crebris incursionibus omnia
 circumuicina infestabant, ut regios ab obsidione ad tu-
 endos suos auerterent. Nuntiabaturque, Chesmarchum
 oppidum nō solum parum strenue defendi ab illorum in-
 curSIONIBUS, verum etiam defectio[n]is spectare consilia.
 Itaque quom regius dux videret, etiam iniussu suo, mili-
 tem elapsurum, ut saltem in fide Chesmarchum retine-
 ret, dissoluta ad Caſouiam obsidione, illuc propere mouit.
 Sed id quoque irritum fuit. Nam pridie quam eo per-
 uenisset: Boemi admissi per proditionem, oppidum occu-
 pauerant. Cæterū et si præsidij præfectus Nicolaus Pe-
 renus in primo tumultu, cum plerisq[ue] ex suis trepide effu-
 gerat; tamen, retinentibus, qui manserant, præsidiarijs
 nonnullas turres, quom appareret, si affuisset auxilium,
 facile posse oppidum recuperari, forte ita euenit, ut Po-
 dolinum peruenirent nouæ copiæ, quæ a Polonis regi
 submittebantur, ducibus Laurentio Zaremba, & Nico-
 lao Scora, qui quom ab regijs per internuntios ad Che-
 smarchum implorarentur, neq[ue] dubia res videretur, quin
 excludere Boemos illinc possent: petitam tamen ab se o-
 pem negarunt, seu timentes iter subinde suum impediti-
 us reddere, si Boemos prouocassent; seu quia prius quam
 ad regem, quo missi erant, peruenissent, minime æquum
 censem

censebant, vullo se bellico negocio implicare. Itaq; petitione suorum contempta, neminem laceſſentes, inuicemque ipsi ab omnibus inuiolati, Budam peruenere. Captio Chesmarcho, bellum ab ea parte cōuersum est Podolinum, vbi regij præſidij præfectus erat Nicolaus Comorocensis, et vtrinque, per omnes conatus artesque bellicas, res gerebatur: ex parte vero altera regina vbi victoriae suorum famam accepit, diſſolutamque ad Cassouiam obſidionem, & ipsa elata ad Presburgum mouit, quæ ciuitas in fide ipsius perſeuerabat, & si Vladislai præſidium teneret arcem, præfecto Stephano Rosgonio: quæ ſubito obſidere cœpit, fauētibus ciuibis expugnationēq; adiuuantibus. Sed quom neq; aequum videretur in ſuos prædas exercere, neque, ſi id factum foret, pro ciuili, ac militari multitudine, ſuffecturum commeatum apparet: populatores in Tarnouiensem agrum immittebat. Indeq; prædæ omnis generis ad quotidianum uſum neceſſariæ aduehebantur, ſimul ut commode Presburgi alerentur omnes, ſimul ut Tarnouienses ſuarum rerum cladibus coacti, ab rege deficerent. Quæ omnia Rofgonius, per occaſionem clapsus, et Budam profectus regi exposuit: ſimulq; indicauit quo in discriminē res foret, niſi ſubito frumentum milesque, & apparatus reliquus, aut propulsandæ, aut ſuſtinendæ obſidioni neceſſarius, in arcem immitterentur. Eum ſecuro animo rex eſſe iuſſit, omnia in tempore affutura: ipſe quam ocifiſme ad præſidium reuerteretur. Nec mora, Andreā Ten-

cinensem, cum valida Polonorum Hungarorumque ma-
 nu, Tarnouiam misit, qui simul suos ab incursionibus ba-
 stilibus tuerentur, simul Presburgensem agrum vicissim
 populationibus infestum redderent, & obcessis per occa-
 sionem opem necessariam inferrent. Ille impigre man-
 data exequutus, frumento, ac milite cum machinis, mis-
 silibusque varij generis in arcem submissis, illius potiun-
 de spem omnem reginæ videbatur ademisse. Sed et cre-
 bris populationibus, quicquid erat agri Presburgensis a-
 deo multauit, ut propius obcessos, quam obidentes vi-
 derentur. Crebra, inter arcendas populationes, utrinq;
 certamina sercebantur, cadebantq; ex vtnq; parte multi:
 donec actos in insidias hostes Andreas tam ingenti cla-
 de afflixit, ut parum abfuerit, quin urbs quoque, per
 tumultū, inter persequendam victoriam, ab ipso capere-
 tur. Ea strages aduersarijs finem excurrendi fecit. Fos-
 sa itaque, & muro subinde se tuentes, oppugnandæ ar-
 cis consilia de integro per omnes artes, machinationesq;
 quotidie solertius agitabant. Sub anni finem ægerrime
 omnino nutriebantur, necessitasq; & desperatio, prope
 intolerabili impetu rem geri cogebant. Igitur coædifica-
 tis turribus ambulatorijs, omni genere missilium, regios
 a defensione prohibebant, & muro, quem crebris tor-
 mentorum iætibus, die noctuq; impetebant, locis aliquot
 detruncato, ac diruto, nitebantur summa vi aut per rui-
 nas, aut, admotis scalis, partem aliquam arcis occupa-
 re. Nec ad extremum regij tam acres in se conatus fu-
 stinuis-

stinuissent, nisi, audit o suorum periculo, in ipso rigore hie-
 mis rex Buda accurrisset, cum egregia utriusque gen-
 tis manu. Eius aduentu, & suorum animi erecti, & re-
 gina adeo consternata, ut, copiarum parte illic relicta,
 clam cum cæteris Viennam se receperit. Rex, immiso
 in arcem subfido, tentauit urbem, si forte in potestatem
 redigere posset. Tandem, quom diu continuata obsidio in-
 tus & extm omnia consumpsisset, appareretque in diffi-
 ciliori anni tempestate non minus discriminis a cœli, &
 terræ rigore, quam ab hoste affuturum: tumultuario o-
 pere instauravit, quicquid munitionum hostis circa ar-
 cem labefactauerat, moxq; Budam redijt. Eodem tem-
 pore Poloni, voluntaria manus, nulloque stipendio pu-
 blico adiuta, duce Petro Odrouansano, in Hungariam
 transiens, arcebatur a Boemis, qui angustias in mon-
 tum iugis occupauerant. Itaq; illi die frigidissima, tum
 lenta, sed iugi pluua caliginosa, atq; ob id, minime su-
 specta, præmissis impigris, robustisq; quibusq; iuuenibus,
 a quibus resistentes, si qui forte affuiissent, obtruncaren-
 tur, per solutas Boemorum custodias, nemine omnino
 aduersante, saltum superauere. Mox quom adorti es-
 sent expugnare Capusanum, quod oppidum non longe
 situm est a Bardeiouio, accersente eos rege, statim, ut
 par erat, omisso incepto, Budam se reccperunt, non sine
 laude atque admiratione Hungarorum, & quod multi,
 et quod opulenter instructi, sed in primis, quod indefessi
 opitulando regi suo viderentur. Vladislauis ubi omnes,

L ij

& sin-

Et singulos, pro cuiusque dignitate, ac meritis laudando
 bene de se sperare iussit, Cassouiam misit oppugnatum.
 Ex quo oppido frequentes, et magnæ clades in ea regi-
 one quotidie inferebantur perseuerantibus in fide regijs.
 Poloni commissum sibi negocium breui absoluerunt, et,
 ut cæteris qui in presidijs erint trepidatio incuteretur,
 Boemos qui in manus venerant ad unum omnes truci-
 dauere. Interea nuntiatur, Tartaros prædabundos in
 Podoliam incursuros. Itaque Ladislauis, qui, post re-
 ginæ fugam, satis ab ea parte omnia tuta arbitrabatur,
 bellum vero, quod Isca inferebat, ab regionis indigenis
 strenue propulsari videbat: ne defensoribus vacuam
 barbarorum incursus Poloniam inueniret, Odrouansan-
 num cum suis retro in patriam dimisit. Quibus, honoris
 gratia, deducēdis ad regni fines nonnullos proceres Hun-
 garos adiecit. Quom itaque Agriam peruenissent, libe-
 raliterq; ab Episcopo accepti, licentius, quam ratio tem-
 poris, et vicini hostis solertia patiebatur conuiuijs hila-
 ritatiq; indulgerent, seu quia numero, ac viribus fiden-
 tes periculum cōtemnebant, seu quia secundis rebus ne-
 gligentia familiarior est, quam aduersis: Telefus, qui
 per id tempus præsidio Cassouiae præerat, ratus bene ge-
 rende rei sibi oblatam occasionem, cum manu expedita
 profectus contentissimo gaudiu, per silentium noctis, illuc
 se recepit. Quomq; omnes custodias, velut media pace,
 solutas inuenisset: ab ea parte, qua facilius, ac tutius
 rem agi posse arbitrabatur, murum nullo usquam obser-
 vante

stente transcendit, excitatoque ad terrorem, non nullis in locis incendio, canentibus signis, et, velut in capta vrbe, clamore sublato, inertes sōpitosque adoritur. Et primo statim impetu domos complures, et Polonorum fere omnes currus tumultuarie diripit. Cumq; hostes inter clamorem, cædem, populationem, ignem, trepidi, ac semi-somnes vix arma expedirent: cum ingenti præda cætarum rerum, sed et iumentorum, atque hominum retro abiit. Hungari vero, ac Poloni tandem somno, & trepidatione discussa, quom simul armati conuenissent, nec difficile videtur fugientem hostem asequi, et ab actam prædam recuperare: cursu effusissimo, ægre, propter impedimenta, & lassitudinem properantes, insequuntur. Itaque prius multo, quam inclinare sol cœperat in occasum, quom instans a tergo exaudiretur hominum simul, & equorum fremitus: Telefus, qui suos nocturni itineris celeritate, ac labore fatigatos sciret, tum preda onustos, atq; impeditos, desperata fuga, ad vires se conuertit, & in quo, propterea quod Leopoliensis Palatinus erat, plurimum reponebat, seu redimi cogeretur, seu permutatio captiuorum fieri aliquando contingerebat, Petru Odrouansanum, quem cum alijs multis captum abducebat, familiari cuidam suo Solomæ nuncupato, cuius fidem satis, ut arbitrabatur, cognitam perspectamque habebat in propinquum oppidum perducendum, custodiendumque commisit. Nec mora, ultima experienda percipiens, impedimentis in viam præmissis, suos monet, qui

a tergo

a tergo instarent, tumultuariam manum esse, inermes, incompositos, et abhuc præteritæ noctis inopinato pauore fluctuantes, ac trepidos: nonnullos etiam saucios debilitatosq; qui cum ad tuendos se domi vires, atque animi defuisse, temere postea profiliendo, arma cepissent: quasi facilius foret in aperto campo res suas pugnando recuperare, quam fuisse clausas intra urbem parietibus tueri. Quicquid aut periculi fuerit, aut laboris iam esse exhaustum, & celeriter eundo, & inopinantes inuadendo: prædam esse in manibus, quam utique multo facilius foret inter pares vires defendere, quam fuisse ripere: sed & multos ex hostibus teneri vinctos, & eosdem magis strenuos, quos non somnus, non metus, non subitarius tumultus a conserenda manu auertisset: qui superessent, vino abhuc somnoque gruues, aut vulneribus afflictos esse, regendisq; tantummodo equis vix satis aut animorum, aut virium habere: qui, etiam si paria essent cætem, inter tam dispari causa pugnantes, fortiores esse debere, qui sine spe veniae de vita dimicarent, quam illi, quos modicæ abactæ prædæ dolor armauissent. Meminissent eorum, quæ in sue gentis præsidarios, paucis ante diebus, ad Casouiam fæde, ac crudeliter commissa fuisse: anniterenturq; pugnando acriter, virorum fortium exitu, vitam relinquere potius, quam capi per ignauiam, & trepidationem paterentur, ut veluti peconi per ludibrium postea trucidarentur: quo maiori impetu in hostem ferrentur, eo minori discri-

mine

mine partam prædam retenturos, multoque incolumiores abituros. Superuenient iam hostes: itaq; conuersus in eos Boemus, magnis animis, ac viribus impetum, quo in se ferebantur, excipit, propulsatque tam acriter, ut neque in equis, neque in hominibus præteriti laboris lassitudo appareret. Suggerebat vires cum venia despectatio, tum retinende præde cupiditas. Polonos autem & Hungaros non iactuna solum rerum suarum, sed verecundia etiam stimulabat: turpiter se deprehensos putantes, & a paucioribus, inter vinum somnumque, rebus suis exutos: vnicamque esse illius abolendæ maculae nationem, si vincerent. Pugnatum igitur aliquandiu anticipati Marte. Cumque vtrinq; multi, & vulnerarentur, & caderent: tandem lassitudo peruicit ut Telefiani loco cederent, infugamque verterentur. In qua multi trucidati, multi equorum pedibus obtriti, præda omnis recuperata, Telefus autem cum plerisq; Australibus Boemisq; viuis in potestatem venit, ductusq; est Agriam, & custodiae traditus. At Soloma suorum fortunæ ignarus, et commissi sibi Odrouansani cum sollicitus; ut quam celerimè se intutum reciperet Nicolai Zuderis, quæ proxima erat, arcem petijt. Is pauloante ad reginam defecit. Itaque putans oblatam sibi occasionem reconciliandi se Vladislao, cuius auctoritati, & opibus, post reginæ in Austria commigrationem videbat plurimum accessisse: captiuum, quem, propter generis nobilitatem, auctoritatemq; inter suos non iniuria magnificiendum pu-

tabat, paulo post Budam perduxit ad regem, atq; eo mu-
nere, defectionis veniam impetravit. In tam præcipiti,
& diuera fortunæ commutatione, nox, casus, trepidatione,
impetus, multa tulit aut in usitato genere mortis, aut
rapiendi, obſtendiq; conatu varie memorabilia. Inter
que, id ut maxime literis prodendum, ita etiam maxime
misibilem. Ex media sorte populi forma, & iuuentu
florens Agriensis, suæ conditionis, atque ætatis iuuen-
culam perdite amabat, mutuoque, fælici sorte, amaba-
tur. Consuebat vero, obſeruatis occasionibus, ſe ad eam
noctu recipere, deſideriumq; ſuum non tam fructu amo-
ris ſatiare, quam nouis ſemper alimentis augere. Quom
itaque direptio ciuitatis, apud amores ſuos ipſum depre-
hendisset: ratus forſan, diſcurrentium ad prædam, atq;
cædem, tumultum eſſe ebriorum, propterea quod largi-
us, quam ſobrios deceret eos pridie vino indulgere vide-
nat, non statim ad primum clamorem exiliit. Deinde
quom non ſolum clamor, & ſtrepitus armatorum auge-
retur, ſed mulierum quoque eiulatio, puerorumq; vndiq;
ploratus maior, quam pro compotantium rixa, & iurgio
diſcriminis, & mali grauioris trepidationem incuteret:
quo euocabat conturbatio, proripere ſe voluit: ſed, reti-
nente amica, & ne recta propemaret admonente, ne ſi do-
mesticos quoque alios idem tumultus exciuifset, caſu in
eorum aliquem ageretur, per fenestrā in vestibulum
domus ſe dimiſit. Quem ut foris emitteret, illa ex diuer-
ſo per ſcalas propere ſubſecuta, oſtium reſeruauit, quom ſu-
perue-

peruenissent iam hostes ex parte altera, mox fores de-
 moliti irrupturi. Egradientem igitur armati, gladijs
 vulneribusq; excipiunt, eo etiam acrius, quod ipse cum
 ferro iamprudem per cæcam trepidationem districto pro-
 silientat: non tamen statim concidit, et si multis magnisq;
 vulneribus petitus: sed acriter se defendens duos prius
 obtruncavit. Ibi mulier dolore, ac desperatione plus quam
 viriliter elata, cum nollet amanti suo superuiuere, vi-
 tribus quantas amor, inquit, & desperationio dabat, vni ex
 militibus, qui exanime corpus circumstabant, gladium
 extorsit furioseque insultans, antequam cohiberi posset;
 plerosq; vulnerauit, viris ex diuerso turpe ducentibus,
 si ferro cum fœmina decertarent. Tandem comprehen-
 sa, ubi ferociæ, qua concita debacchabatur stimulum in-
 dicauit, gladio, quem vultum amantem arripuerat, pe-
 etus suum transfodit, & ut super cadauer vita sibi cari-
 us occumberet, in partem, in qua iacebat se præcipitem
 dedit, tanta militarium animorum admiratione, vt, cæ-
 teris commilitonibus cum præda discedentibus, illi, quos
 ad eam domum fortuna congregauerat, vacui, & mini-
 bundi pene in manibus hostium remiserint. Similem
 ac Telefus casum perpetui sunt eisdem diebus Caica, &
 Comorocensis: quorum ille Brosouiciam, hic Podolinum
 præsidio tenebat. Nam quom explorando comperissent
 oppidum Eperiesum negligenter asseruari, vacuumq;
 esse defensoribus: eductis secum ex præsidiarijs, quibus
 præerant, fortibus expeditisq; quibusq; militibus, quam

occultissime, silentio noctis, illuc se repperunt, scilicet
 muro admotis, velut in suas munitiones, nemine repugnante, in oppidum penetruere. Nec mons, ubi clamor
 primum, deinde cædes non tam excitasset hostem, quam
 sensibus alienatum, nec ad arma discurrere nec prouide-
 re quicquam seneret: quasi per otium, & licentiam, om-
 nis generis præda suos onemuere. Forte die præcedenti
 quinquaginta Boemi profecturi ad Iscam copias con-
 gregantem, ut Richnouam ob sideret, substiterant Epe-
 rießi. Ab his, ut fit in re trepida, dum saluti quisque suæ
 non, quo debet, sed quo maxime potest modo consulit,
 turris, quæ egregie munita erat, dum Poloni oppidum
 diripiunt, occupata strenue defendebatur. Itaque, quom e-
 ius expugnatio difficilis appareret, timerentque Poloni
 Iscam, qui in propinquo erat, cum exercitu suis accur-
 surum, nec sufficiuros se putarent tuendo oppido, quod
 non totum haberent in potestate: contenti præda retro,
 qua venerant abidere. Non segnius, quam cogitauerant,
 Isca, ubi ad eum suorum clades perlata, præparato in-
 structoq; iampridem milite, illuc accurrit, ex improuiso,
 ut assolet, victores oppressurus, solutis negligentia ani-
 mis, ob rei bene gestæ hilaritatem. Cæterum cognita fe-
 stinatione, qua retro prædam agebant, breui a tergo eos
 asscutus, non solum quia superior copiarum numero, sed
 etiam quia recentes ducebat, atque integros, facile om-
 nes fudit fugauitque. Nec obluctatio, cædes cœfuit.
 Nam fessi, ac præda onere laborantes Poloni vix pri-

mum

sum clamorem hostis sustinuere. Capti Caica, & Comorocensis cum paucis alijs, quos subita fuga eripere ab hostium manibus minime potuit. Iscm vero, ut enit dux belli acer, victoriam persecutus, ad Brosoviciam castra mouit. Capto enim a se præsidij illius præfecto, subitæ deditioñis spem non frustra conceperat: sed quom inuenisset oppidanos ad se tuendum paratores, quam crediderat: cum suis abiturus, re minime tentata, apparebat. Verum casu, aut humana fraude in altera arce (nam illic duæ sunt) incendium exortum, compulit defensores ad alteram configere: moxque, ne quid tale in ea quoque contingere, imperium hostis pene vltro suscepere. Quo ex euentu visum est, fortunam iusta lance partis vtriusque gaudium, et mærorem adæquare codem tempore voluisse. Poloni deinde nouum præsidium submiserunt Podolinum, & Luboliam. Iscm vero ab ea victoria Richnouam oppugnatum profectus, ex omnibus ciuitatibus, quæ postumo fauebant, exciuit auxilia: & quom Poloni repugnarent, mæniaque acriter defenderent: obsidione expugnaturus circumfudit exercitum, murosque, tormentis, & machinis admotis, quassare cœpit, ac diruere. Sed quicquid interdiu solo æquabatur, noctu opere tumultuario instaurabant obseSSI: distractaque in menses aliquot oppugnatio. Tandem quom urgerent humanae necessitates nō minus, quam hostis, nec quicquam aliud necessariam deditioñem remoniretur, quam quod Agriensis episcopus affuturus cum auxilio ferebatur,

cessante illo diutius, quam aut fames iam, aut acerrima
oppugnatio ferri posset, pacti, ut cum armis rebusq; alijs
suis incolumes abirent, vacuam arcem tradidere. Fides
Polonis seruata. Post quorum deditio[n]em illico Agri-
ensis cum exercitu superuenit, & nō procul ab Isca ca-
stra communiuit, quasi mox totis viribus decertaturus.
Sed licet, per occasiones, uterque alter alterius copias
plerumque carperet, descendere tamen in certamen totis
viribus, & signa conferre non audebat. Nam & Isca
faelicitatem aliquot annorum unius diei fortunæ com-
mittere nolebat; et Agriensis haud quaquam suis fidens,
quod maiori ex parte erat tumultuaria manus, & mili-
taris disciplinæ rudis, tutius credebatur, cunctando in locis
iam pridem vastatis, diuturna obsidione redigere hostem
ad inopiam rerum omnium, quam vires experiri. Itaq;
quom neque lentius, neq; tardius quam sphenauent Agri-
ensis, Isca, & sui penuria alimentorum premi incipe-
rent, futurumq; plane constaret, ut aut nullo modo, aut
sine summo discrimine perseuenire in eo loco haud pos-
sent: nulla insigni pugna commissa, rediere Cassouiam.
Nec multo post coemptum est inter Iscam, & Agriensem
agi de concordia, multiq; binc inde variatis prius con-
ditionibus, tandem coiuncta Iscr.e per matrimonium, e-
piscopi nepte, nō solum pax, sed affinitas etiam inter eos
inita est. Id bona ne fide factum fuerit, vulgo addubi-
tatum: tum quod regin.e, vt opportuit, approbatio sub-
inde non accessit, tum quod relaxandis vtrinq; captiuis
fidem

fidem Boemi violauere. Cæteris enim ad suos dimissis,
 Caicam, & Comorocensem, de quorum etiam libertate
 transactum in pace fuerat, retinuere. Sed & post con-
 cordiam, Iscm intercepto oppidum, quod in Scopusio a so-
 cero suo tenebatur, prædasq;, & captiuos ex illis, qui
 regi fauebant, per occasiones, atq; insidias abigere per-
 seuerauit. Disceptabatur, per id tempus, de sacrorum
 summo antistite a Christianis. Et erant qui Eugenium
 in Italia a Collegio cardinalium electum, & qui Fœli-
 cem in Germania, quem Basiliense concilium designa-
 uerat, pro summo pontifice comprobarent sequerenturq;. Multi etiam principes regesq;, & nationes, inter quas
 Hungari, & Poloni tam ancipitis controuersiæ finem
 expectantes, sententiam suam dissimulabant, cærimonias
 interim, ritusq;, quales a maioribus suis acceperant,
 religiose obeundis sacris continuando. Quom itaq; non
 solum eos, qui ex diuerso stabant, sed etiam, qui ambi-
 gua deliberatione suspensi, & studia sua occultantes neu-
 trum alteri præferebant, tam Fœlix, quam Eugenius
 diuersis artibus sollicitaret, sibique conciliare niteretur:
 ab utroque legatio diuersa, eodem tempore, venit ad re-
 gem. Et Fœlix quidem fretus vinculo sanguinis, quo
 Tridentinus episcopus Alexäder a ducibus Masouie o-
 riundus, Vladislao coniunctus erit, illum iam pridem a se
 cardinalem designatum potissime idoneum duxerat, cui
 partes suas committeret: ut si parum causa valuerit,
 propter propinquitatem saltem, non aspernaretur. Ab
 Eugenio

Eugenio autem venerat Julianus Cæsarinus etiam cardinalis. Et hic quidem urbem Romam, non solum diuinatus electum locum, sed Petri, & Pauli aliorumq; innumerabilium religionis fundatorum sanguine consecratum, in quo crearetur præsideretq; maximus pontificum, sacro sanctum cardinalium Collegium, legitimū iugemq; successionem, tum de more habitam & ab illis, quorum res esset, electionem, præterea totius Italæ consensum, et Græcorum iudicium voluntatemque pro Eugenio allegabat: nihil aliud ex parte altera esse dicens, præter tumultum perditorum quorundam, quos fortunis suis profligatis, abiectaq; dei, atque hominum verecundia, spes nouarum rerum, sine auctoritate, sine ordine, sine causa, velut ad nundinandum sacra congregasset. Ille autem ex diuerso: non locum, sed puritatem animorum vitæq; sanctimoniam pertinere ad religionem dicebat. Non referre ubi esset, diceretur summus pontifex, sed quis, & a quibus. Nemis in arcto circumscribi columen Christianæ professionis, si eius caput nō nisi Roma, & creare possit, & capere. Quid futurum si ea urbs possideatur a barbaris, ut alias contigit, aut omnino delectatur? Si fortuna loci ad rem, quæ tota in animis est, momentum aliquod habere posset, Hierosolyma sanctiori multo quam Petri, et Pauli sanguine consecrata. Illic religionis nostræ verissimum caput, immortalitatis nostræ omnia mysteria constituisse, illuc summi sacerdotij prima successionis iuitia & iudita, & suscepta: non huma-

humano aliquo casu (ut in Petro factum, & Paulo : quorum hic tanquam reus Romam perductus, ille Simonis magicis vanitatibus attractus) sed voluntate electio neque diuina. Quod ad cardinales attineret ; non anim aduertendos ex titulo, & nomine, quæ lascivientis fortunæ fauor etiam immerito cuiq, conferre posset. Eos, etiam si curhem Romanam nunquam viderint, nunquam titulo cardinalis insigniti sint, tamen veros esse apud deum religionis nostræ cardines, & fundamenta, quorum doctrina, vita, mores, actiones denique omnes cum religione consentiant. Nihil interesse, qua quis sit fortuna, & dignitate : deum enim, non quæ extra hominem sint, verum animos ipsos intueri, atq, expendere, deque his, quæ ad sacra pertinent, nō fortunati, sed optimi cuiusq, iudicium comprobare. Sed neq, multum consuetam cærimoniam eligendi in vrbe, aut possessione Romanæ sedis, ad venam diuini vicariatus successionem attinere : ubicumque bonorum cætus conuenisset, diuini spiritus sensum adesse intelligi debere, & quæ dicta, acta constitutaque illic essent, ut ab eodem spiritu manantia accipienda. Preter quam quod temerarium, etiam periculo sum esse, per paucorum obstinatis animis, quos nihil aliud, quam mala conscientia contumaces redderet, publica Christianæ reipublicæ consilio non adhærere. Non dubitare aut Eugenium, aut qui illum se querentur, vel de sua, vel de concilij auctoritate, sed intelligere, nō posse, sc̄ et in religione eminere, et ab ea animo, et vita ma-

xime adhorrere. Si pro religione modo solliciti essent: ne
 aquam aduersaturos concilio: cuius non aliis finis
 esset, quam religionis sanctitatem, dignitatemq; conser-
 uare, & augere. Vere sanctos pontifices, qui ad id loco-
 rum ecclesiæ præfuerint, nūquam tantam nationem ha-
 bituros fuisse de concilijs, nisi intellexissent, id quod ad
 omnes ex æquo pertineret, omnium iudicio, & consensu
 moderandum, longeque altius posse prospici ea, que ve-
 rissima salutariaque essent in rebus diuinis, ab vniuersa-
 li Christianorum iudicio, quam a paucis Romanis sa-
 cerdotibus, aut metropolis eiusdem episcopis. Hinc non
 minus fere, quam quatuor euangelistis tributum semper,
 & tribui ab ecclesia quatuor concilijs, Niceno scilicet
 Constantinopolitano, Ephesino, et Chalcedonensi: in qui-
 bus, præter alia multa, diuinitus ad decus amplitudi-
 nemq; religionis constituta, confutatæ essent, & explo-
 sæ hæreses nefarie, ac pernicioſissimæ, quibus professio-
 nis nostræ veri fundamenta subuertebantur: si quidem
 Nicææ Arrij, Constantinopoli Macedonij, Ephesi Ne-
 storij, Chalcedone Eutychis, impietatis conuictæ damna-
 tæque. Reliquorum quoque conciliarum subinde o-
 mnia decreta suum semper pondus suam maiestatem te-
 nuisse. Non postulare, qui præsiderent Basileæ, ut de
 vniuersorum salute, deg, singulis emendandis, vel in pri-
 mo, vel in quoconque alio ordine religionis nostræ, sibi
 crederetur, quod temerarium esset, atque improbum, sed
 ad disceptationem iudiciumque illorum, omnes, quorum
 inter-

intercesset, aduocare. Quibus sepe iactatis virinq; &
a rege, ac suis auditis, in horū altero summo pontifice a-
gnoscēdo, neutri legatorum est assensum. Cæterum, quia
Iulianus, ad ea, quæ ad rem diuinam spectabant adie-
cerat, intestina certamina, quibus arx, & præsidium
Christiani nominis Hungaria vastabatur, male habere
Eugenium, cæterosq; qui rem Christianam saluam vel-
lent, suaseratq; deponenda arma per concordiam, cuius
æquas conditiones inuenturum sè spemret, si, cum bona
utriusque partis uenia, tentare licuisset: ubi planum
factum est ei, nihil omissum a rege esse, quod ad pacem
facere videri posset, multasq; legationes de compositione
frustra ad reginam commeasse: concessum est, ut, quan-
tum in ea re posset, experiretur. Ille postquam regis ani-
mum a quietis consilijs minime abhorrentem vidit: pro-
fectus ad reginam, quom de utilitate pacis, deque in-
commidis belli, discriminibusque disseruisset ea, que pu-
tauit ad id quod intendebat pertinere: sexus illam con-
ditionisq; sue admonuit, & quam facile, & temere po-
pulorum studia cum fortuna mutarentur. Non esse eius,
quæ pauloante experta foret, quid paucorum tumultus
posset cōtra pene vniuersorum consensum, in eo bello per
seuerire, in quo viribus multo, & facultatibus eset in-
ferior. Stare ex parte altera omnem vim Polonorum, et
cum illis maiorem partem ex Hungaris: quorum opes,
& auctoritas in regno emineret: hominum, & armo-
rum, iumentorumq; satis esse reparando exercitui, si quid
N ij aduerso

aduersi contigisset: partibus autem eius adesse paucos, preter militem conductitum, cuius fides non ex animi studio, sed ex pretio penderet. Præterquam quod inita affinitas inter Iscnam, & Agriensem merito ei suspecta esse posset, ea quoque quæ satis ei firma, & apparata viderentur, in unius prælii fortuna pendere: vixq; sperare posse reparaturam se rursus ad pugnam vires, si semel acie vinceretur. Ut speraret victorum postumum diutissime: considerare oportere, quam innumerabilibus casibus humana vita subiaceret, & quo minus roboris in ea ætate esset aduersus malam valetudinem, & morborum vim, eo facilius extingui solere. Magisque timendum, quam subinde sibi, quam adultis iam duabus filiabus suis fortunam sponderet: quom etiam quos spes, & gratificatio postumi tunc in fide retineret, orbitas regni esset in contrarium auersura. Satius multo, præcauere, ne, si præmatura fata filium regno subduxissent, filiae quoq; excluderentur: cum danda openi cœset, ut saltem altera, matris veluti loco, regnaret. Inter marem, et fæminam, quo ad parentes, nihil interesse, præter sexum. In Vladislao eße illa omnia, per quæ (quoniam filiae utiq; aliquando coniugandæ) merito ab ea gener eßet expetendus. Temporis vero, & rerum conditionem vtrosque ad affinitatem nō solum inuitare, verum etiam quadam veluti necessitate mouere. Ad extremum meminiſe debere viri, patrisque sui, quibus, præter diuinos honores, cæteræ omnia cum summa fide tribuisset ea gens, quæ pericitatu-

clitatum erit, nisi ad pacem animum adieceret. Indulgendum fortasse aliquando viris, ut, protuenda, aut augenda dignitate vnius, populorum multorum salutem in discrimen ne adducerent: muliebris certe verecundiæ nō esse, opportunitati, ac saluti tot de se bene meritarum ciuitatum, & populorum, præferre incertas spes vnius infantuli. Famam homini extimescendam, sed & dei immortalis vltionem, si per eam staret, quo minus a nefario bello, & Christianis rebus maxime periculoso absisteretur. Ad ea, regina, satis se suas hostisque facultates nosse, inquit, & quantum vel vires, vel fortuna posset in bello non ignorare. Cæterum minus flagitosum, dolendumque esse, resistendo exturbari, quam per ignauiam, & vanum metum, regno exceedere. Iustum esse causam suam, neq; abfuturum vindicem iustitiae deum. Filium vero incolumem esse, ac, deo propitio, fore. Quod si malum fatum contra spem quicquam afferret: nouam rem noua consilia præbituram. Hungarorum quidem merita in se, ac suos ingentia esse: sed quo maiori essent, eo magis sibi annitendum, ne cogerentur in ditionem ipsiis iniuisam degenerare: si tamen sine cede, & sanguine id fieri posset, nihil esse quod mallet. Sub hæc verba Iulianus, collaudato reginæ animo, & quod muliebriter bellum non expauesceret, si necessario gerendum foret, & quod concordiam, si modo æqua offerretur, nō aspernaretur, de pacificationis forma cœpit cum ipsa agitare. Cæterum, multis vtrinque conditionibus in medium ad-

ductis prius, ac repudiatis, quom maternum animum &
 que adulta filiarum ætas, atque infantis cura sollicitum
 haberet; tandem eo adacta est regina, ut consentiret
 has simul leges, et stabilimenta concordiae ad Vladislau-
 um perferri. Ante omnia uti alteram filiam ipse, alte-
 rum Casimirus, qui tum Lituaniae præcerat, vxorem du-
 ceret. Et Casimiro quidem despondere se, dotis nomine,
 centum, & viginti millia aurorum, Vladislao vero
 ducenta millia in terra Slesia, cœsuramque iam tum illi
 possessionem, reseruato sibi redemptionis iure, quando-
 cumq; commodum fuisse. Quod autem ad Hungariam
 attineret, Vladislau mox se se regio titulo abdicaret;
 procurationem, & tutelam, usque ad integrum postumi
 ætatem retincret: ubi ille adoleuisset, procurationem
 dimitteret. Quod si intra pubertatem, aut quandocunq;
 postea sine liberis postumum decedere contingeret: cum
 regio titulo, ius quoque, & arbitrium regni ad Vladis-
 laum reueteretur. Cæterum compensandis impendijs
 ea in expeditione factis, terra Scepusiensis perpetuo iu-
 re addiceretur Poloniæ regno: Hungari vero sua spon-
 te, ac bona fide antiquarent quamcunq; actionem, et ius,
 quod aut in Podolia, aut in Valachia habere se crede-
 rent. Accipisset Vladislau sine dubio conditiones tam
 fibi, quam regno suo commendas. Et erant ex Hungariorum
 multi, qui aut externum bellum timentes, aut intestinum
 execrantes, non fortiter sententiam regine impugnabant.
 Quom tamen agi appareret de facultatibus, atque am-
 plitu-

plitudine regni : placuit aut per nuntios, aut per literas eorum quoq; procerum, qui præsentes non erant, voluntates exquiri. A quibus, ut fit, pro cuiusq; ingenio, allatæ sunt literæ non solum sententia varie, sed omnino etiam diuersæ : quom essent, qui iniquiores quoq; conditiones domi preferendas censerent, dum modo foris tuti essent : & qui nullam omnino concordiam habendam dicerent, nisi quam arma constituisserent. Itaque quo magis aut timide nimium, aut periculoſe alij censebant, eo, postquam cognita est sententia Huniadiani, maiori aſſensu omniū accepta est, quom nihil in utramvis partem affectatum contineret. Scrihebat enim, videri ſibi, propter imminens a Turco negotium, neque repudiendam pacem temere, neque tamen amplexandam cupide, & ſi natura ſua, pax ſemper bello ſit anteferenda, neq; omnino, aliam ob causam gerantur bella, quam ut pace fruſticeat. Concordiæ tantummodo conditiones recte animaduertendas : & ſi iniquæ offerrentur, commodioreſ exigendas. Quæ ſi impetrarentur, nihil ſatiuſ, quam inuicem domi in gratiam redire, & depositis intestinis armis, pugnare foris. Sin vero regina perſeueraret inire id fœdus, in quo, ſui ſuorumque habita ratione, membra regni non ſolum ad tempus poſſidenda exteris traderet, verum etiam a corpore ſuo perpetuo alienaret, omni ope reſiſtendum cenſere. Non animum, non vires defutumis ad extorquendam & quam pacem, minori etiam ſumptu, quam foret impendendum pro concordia, que tunc offerebatur.

rebatur. Itaque Julianus rursus ad reginam profectus, pauca quædam in prioribus cōditionibus commutata retulit. Sed quom neḡ illa Hungari probarent, modo hac modo illa cautione variata, ultro citroque multotiens frustra commeauit. Tandem vero, ut, quod ultimum erat experiretur, vtrinque impetravuit, ut Iaurinum Vladislauis ad reginam proficiseretur, si forte præsentia, et mutuum colloquium, ad concordiam inter eos esset efficacius, quam alienæ persuasiones. Postquam conuenerere, post mutuam admitionem, quom in alterius ætatem tam tenera, proculationi, et tutelæ amplissimorum regnum par indoles emineret; alteram vero, præter ætatem iam grauem, animi magnitudo in periculis, maximisq; quibusq; actionibus explicandis venerabilem redderet: primi congressus, ut par erat, querelas purgationesque mutuas habuere, assuerantibus utrisq; ex diuerso, contra ius fasque sè ab altero violari, armaque a sè sumpta necessario, non sua sponte. Tandem quom dies aliquot, de concordia colloquendo, consumpsissent: sic discessere, ut conciliatos appareret, idque, propter ditissima munera, quibus sè mutuo benignissime sunt discedendo prosecuti. Qua tamen conditione arma deponenda esent, non est vulgatum. Id plane constitit, reginam paulo post Budam venturam. Quod cum fecisset, emisso prius Ciliæ Comite ecustodia, in qua fere ab initio belli seruatus fuerit, pax firmata est, & expressa. De cuius in eundæ nitione dum disceptaretur, Vladislai virtus, ac dexteritas in agendo mire

mire sibi conciliauerat reginæ animum, manauitq; ru-
 mor datæ in id mutuo fidei, Vladislauum libere in Hun-
 garia regnaturum, si modo aut precario impetraret, aut
 armis extorqueret sacram Hungariæ coronam, & postu-
 mum a Friderico Cæsare, qui, post Alberti mortem, fre-
 tus reginæ viduitate, infantis patrimonio in Austria ab-
 uti ferebatur. Cæterum regina, vbi Iaurinū redijt, leui-
 ter ægrotare cœpit, ac triduo post, torminibus interijt, nō
 sine veneni suspicione, propter moriendi celeritatem. Sed
 ut de veneno addubitatum: ita, quantum exterioribus
 signis licuit reprehendere, id maxime compertum, Vla-
 dislauum scilicet ægerrimo animo mortem eius tulisse, fre-
 quenterque asseuerasse, sublato velut obside, ac stabili-
 mento pacis, Boemis rerum nouarum cupidis, non de-
 futuras causas machinandi contra fœdus, ut bellum in-
 stauraretur. Nec secus accidit: paulo enim post, cum op-
 pidis simul omnibus, quæ præsidij eorum tenebantur,
 ad Cæsarem defecere, rursusque, non ex insidijs, sed vi
 aperta cœperunt regiis partibus insultare. Eodem tem-
 pore apparatu, & numero hominum insignis legatio ve-
 nit a Turco, magis, ut fama tenuit, exploratum, quis
 status esset rerum in Hungaria, propter intensum bel-
 lum, de cuius euentu maxime sollicitus erat, quam, quod
 crederet ea, quæ postulabat impetrare. Quandoquidem
Huniadianus, cui, cohendarum populationum Tûrci,
 cum commissam fuisse diximus, non solum incurritis
 impetu sepe submouerat, sed fælicitate etiam, & vir-

tute sua fretus, in agrum hostilem populabundus ipse irrumens, occurrentibus Turcis sibi, haud sane ignobilis clades intulerat; & fortuna sapienter utendo, paulatim extorserat, ut non tam vincere, quam vinci se posse sentirent. Itaque quom fere eisdem verbis, quibus ad Belgradum legati regii dimissi, tunc etiam offerretur fædus, eiusque velut obses postularetur aut Belgradum, aut annum tributum: superueniente nuntio ab Huniadiano, qui assertebat, per eos dies cum Turcis bis fæciter pugnatum, multosq; in prælio captos, plures in fuga trucidatos; inter quos cecidissent duces duo maxime insignes: præterea signa militaria plenaque illis adempta, & cum victoria, ingentem quoq; prædam a militibus reportatam: haud sane mitius responsum est, quam inflata legatio exigebat. Inquit enim rex, relaturum se de his, quæ petebantur, ad Huniadianum, & secundum fortunam, quæ aut illi, aut Turcis proximis diebus faciasset, per legatos suos ad postulata responsum. Cæterum quom post reginæ mortem, regni omnes proceres in fidem Vladislai rediissent, nihilque hostile iam in regno superesse videretur, præter Cassouiam cum appendicibus; & illinc quoque affinitas inter Isram, & Agriensem inita renouandæ, concordiae spem faceret, videaturque Cæsar, ad quem factio illa defecerat, etiam ut cæteri parum essent apud eum efficacia, tamen, propter quietis ingenio eius insitum studium, omnino pacem bello prælatus: Julianus ratus commodum tempus suadendæ

dende contra Turcos expeditionis, & publice apud regem, & priuatim apud primores regni cœpit eam rem agere. Et Vladislauum quidem admonebat spei, quam sibi proposuissent omnes Christiani principes, ubi eum accitum esse, ut in Hungaria regnaret, intellexissent, fœlix faustumq; id Christiano nomini visum iri. Profœlicitate ipsius vota solennia ab omnibus nuncupata. Quod pacatum regnum prope totum iam possideret, non minus precationibus aliorum Christianorum, quam suis armis effectum. Dandam esse operam, ut tam ingenti de se expectationi responderet. Expeti id etiam a religione, qua profiteretur, sed nec minus a necessitate regni præsentis status, & illorum, quos in fidem suscepimus, securitate. Non posse ab se negligi eam expeditionem, aut salua fide præstita Hungaros, aut incolui non solum Hungaria, sed etiam Polonia, cuius salus ab Hungariæ salute dependeret. Vindicandam indignitatem postulati ab se tributi in tanta regni sui fœlicitate; indicandumque, prope negligenter, ad id locorum, rem gestam, quid ve interest inter expeditionem, quæ tantummodo regis auspicijs, & illam, quæ non auspicij solum, sed ductu etiam regio susciperetur. De victoria dubitare non sinere res fœliciter ab Huniadiano gestas cum parua manu, si cum ijs copijs conferretur, quas ipse esset educturus. Apud Hungaros vero proceres asserebat, diuinitus contigisse, ut Vladislao regnum committerent. Eam mentem, coniungendi interesse vires duorum potentissimorum regno-

rum deum eis dedisse, ut imperium finesque suos non solum tuarentur, verum etiam ad Hellespontum, & Aegeum usque mare propagarent. Non pretermitterent opportunitatem, cui etiam fatum, & fortuna fauisset, illata per reginæ obitum veluti necessitate, imponendi finem seditionibus intestinis. Ad felicitatem publicam expediendam, non in praesens modo, sed etiam in perpetuum, nihil eis deesse posse, praeter rectam mentem. Non decesserent ipsis occasione sua; quando reliqua omnia ad victoriam, nitio, fortuna, fatum abunde accommodassent. Accedebant ad haec preces miserebiles, et lacrymæ Despoti: qui non solum ad regem orando adibat, sed quosque etiam sortis mediocris supplex prensabat, rogabatq; flendo, ut non omittetur tempus, et facultas vlciscendi calamitates Christianis infictas, et plenq; omni cruciatus genere fœda supplicia, de alijs multis per summā crudelitatem a Turco sumpta. Hinc indignando, filiorum suorum erutos oculos, nefarieq; abscissa pudibunda, supra quam humanæ aures pati possent, miserabiliter deslebat. Ad extremum regi simul, & purpunitis alijs, memorando quam felix, potensque pauloante imperio, liberis, & cæteris benignæ fortunæ blandimentis visus eset, qui tunc aliena misericordia aleretur, obtestabatur, ne se, ne filios, ne Christianum nomen inultum sineret. Ad Hungariæ fines tempestatem iam pervenisse. Potius alienæ calamitatis vindices se præbere wellent, quam expectare, dum sua quoq; simul cum ipsis eodem

codem naufragio obruerentur. Non tamen aut huius iusta preces, aut Iuliani prudētes asseuerationes vltra valuere, quam ut, qui aberant, proceres, de ea re Budam accirentur. Ibi maior i ambitu maiorique asseueratione omnia hæc repetita, atque etiam aucta, quom ad superiora hortamenta Julianus adiiceret, multorum quoq; aliorum Christianorum principum auxilia in tempore affutum. Constitutum igitur omnium miro consensu, ut veris statim initio, rex quam maxime fieri posset, numerosum, instructumque exercitum educeret, moueretque in Bulgarium. Interim vero cum Cæsare aut de pace, aut defædere transigi placuit, & ut, ad publicam Christianorum omnium causam vel aduocaretur ipse, vel auxilia ab eo expeterentur. Legationes præterea decretæ, quæ non solum Polonos, sociam coniunctamq; iam gentem, sed Prutenos etiam, & Valachos adirent, atq; ad eam expeditionem hortarentur. Cæsar inducias dedit in biennium. Quo vero minus in expeditionem Christianis rebus adeo necessariam nec venire ipse, nec subsidium mittere posset, Boemæ tumultu antem statum in excusationem adduxit. Magister quoq; Prussiæ, causatus vastitatem, qua, proximis temporibus, continua bella eam prouinciam afflixissent, nibil tale, quale petebatur ab se sperandum renuntiauit. A Polonis, et Valachis missæ sunt cum semestri stipendio equitum peditumq; auxiliares copiæ. Quas ingens armatorum multitudo subsecuta, quibus domos, coniuges, liberos, patriam cæteraque

O ij huma-

humanæ vitæ aut præsidia, aut ornamenta propter c-
iusmodi militiam relinquere nō consilium, aut stipendi-
um publicum, sed priuata in deum pietas, & studium
Christiani nominis simul tuendi, simul propagandi per-
suaserat. Quod genus militum, cruce signatum, ex alijs
quog, nationibus, ad famam religioſe: expeditionis in-
genti numero cōfluxit. Igitur, præmissis supplicibus pre-
cationibus, rebusq, diuinis dies aliquot per omnia fana
solenni ritu, & cærimonia peraltis, circiter Kalendas
Maias rex Buda mouit, transmisoque Danubium e-
xercitu, paruis itineribus ingrediebatur, suos, qui non-
dum conuenissent, expectabundus. Superato deinde Ti-
bisco, rursus ad Danubium se conuertit, copiasque ad
Salsum lapidem traciebat in Bulgariam. Mox rectu pro-
gressus est Sophiam oppugnatum. Quo in loco Despotus
cum suis regio exercitui se coniunxit. Urbs ea natumli-
ſitu haud sane egregie munita est. Sed regis subitus ad-
uentus eti. im improvisam deprehēderat. Itaq, breui tem-
pore, nec difficiili conatu capta. Cæterum quia plus ope-
ræ seruanda ea, insumendum, quam capienda insum-
ptum apparebat, direptam prius a militibus, rex succendi
iussit. Pari subinde fælicitate quom plenaq, ignobiliora
oppida expugnasset, diripuisse que: non procul a Moma-
na fluuio castra posuit, in loco, qui, ut non recte collis,
ita nec planities queat appellari, sed medius inter cu-
trumque, quantum a colle submittitur, tantum a plani-
tie turgescit. Illinc missi equites quingenti simul præda-
tum

tum trans flumen, simul speculatum, qua tutius, & minori cum vexatione progredi exercitus posset. Illi, ex oriente sole profecti, sub meridiem in speculatoriam Turcorum manum inuesti, quatuor quom cepissent, cognoscunt duo millia hostium per proximam siluam aduentare. Itaq; impares se pugnae intelligentes, qua propius ad flumen iter arbitrabantur, in fugam se vertunt. Nec mori, Turci nisi a tergo trepidationem simul, & fugandi studium auxere. Erat inter refugientes, & fluuum, collis editior, ex cuius vertice, quom patet longe lateq; prospectus in Cismonianam regionem, allabentis tamē fluminis alueus non appareat, visu supra vallem, ceu per extensam planitię, longissime in oppositos tumulos procurrente. Itaque quom refugientes ad flumen regij per collem transcendissent, & propter altitudinem praeruptæ ripæ in citeriorem partem ad suos euadere posse desperarent: pars quidem in aquam, stratis equoru tenus se immiserat: reliqui vero in extremo margine fluminis substiterant, animo, quo sunt illi, qui, sine alicuius, aut defensionis, aut effugij spe, mox ab hoste immanissimo trucidari expectant. Nec vanus forsan eorum metus fuisset: sed rex venatum magno cum numero armatorum casu cis flumen profectus, Turcorum oculis tunc maxime in summitatem aduersi collis peruenientium quom occurreret, insidiarum mctum illis incussit: quom & longius distare, et maior appareret multitudo, quam pro modo eorum, quibus a tergo instituerent. Quæ res fecit, ut cursum

cursum paulisper cohiberent. At rex ubi hostes adesse perpendit, a venatione in pugnæ studium conuersus, ingenti alacritate suos ad flumen dirigit. Nec procul abeant, quom qui illic medij inter hostem, ripamque insuperabile creditam, derelicti a se, ac desperati, iam tum moris maximam partem in corpus admiserant, conspectuorum velut ad cœlitus demissam opem recreati, animos simul, & clamorem extulere; versique per acclivum retro, commissæ fugæ pudore stimulante, ad montem magno conatu ferebantur. Interim vero rex quoque cum suis ad ripam peruenerat, & sine delectu placidioris descensus, per abrupta, et precipitia omnia ad flumen profiliiebat, tam cœca omnium festinatione, ut multi vorticibus impliciti, ab aquæ violëtia secundo amne agerentur, multi etiam, inter luctandum, ab equis excussi, armorum pödere pesundante, subito in aliorum conspectu submergerentur. Sed Turci redeuntes contra se Christianos minime expectauere, nec pugna fuit, sed vicissim fuga, et trepidatio. Progressus erat deinde rex trans flumen duorum dierum iter, præmissis speculatoribus, per quos numerum hostium consiliaque, & incepta exploramret. Ex his duo trepide renuntiauere, Turcos non longe cum valida manu in insidijs occasionem intercipiendo regis captare. Qua re audita Vladislauis, statim, habito ex omni multitudine delectu, cum decem millibus armatorum Huniadianum misit, ut per silentium noctis, nihil tale opinantes hostes adoriretur. Ille a meridie
ad pri-

ad primam vigiliam speculatores subsecutus, ubi Turcos haud procul esse comperit, quom luna pernox esset, ad ea loca, per quae maxime fuga patere illis poterit, agmen tacite circumduxit, & clamore sublato, torpentes, sopitosque, ut pote, quos nulla cogitatio affuturi certaminis teneret, adoritur. Primoque statim impetu, tantum terrorum vulgo incussum, ut fugam magis, quam arma pro se quisque spectare inciperet. Sed ubi ad effugium præclusas vias omnes perceperere, velut in ultimo discrimine, per trepidationem alienatis sensibus, eorum fræna ægre, atque arma expediebant. Quom ex parte altera Huniadianus suos adhortaretur, ut inermem adhuc hostem, somnoq, & inopinato pauore fluctuantem inuaderent, ac cæderent. Frequentes iam pridem victoriæ, nomen viri apud Turcos non solum celebre, verum etiam formidabile reddidens. Itaque a principio quidem, quom haud quaquam strenue a trepidantibus, hostemq, ignomintibus resisteretur: tumultus, & cæca conflictatio verius, quam pugna fuit: deinde, ubi Huniadianum adesse perceperere, suosq, ubiq, ab obuijs prosterni, integrosq, cum saucijs, semianimes cum vegetis, & recentibus varia, fœdaque percuntium imagine volutari: ut quemq, nox, & timor præcipites agebat, per loca inuia, reprobisque, ac virgultis implicita euadere tentantes, facile instans victor consequebatur; maiorg, longe cædes, quam pro numero corum, qui vicerunt, commissa est. Siquidem ad triginta millia Turcorum ea nocte cæ-

sa dicuntur, et supra quatuor millia capti cum novem si-
 gnis militaribus: adeo improuisus hostium impetus iam-
 dudum vinci absuetis, omnem sensum abstulerat, nec pa-
 tiebatur aut multitudinem suorum, aut fugantium cæ-
 dentiumque se paucitatem sentire. Sed et castri multa
 præda referta in manus victoris venere: quibus dire-
 ptis, incensisque, Huniadianus, haud satis magna suo-
 rum facta iactura, cum non minori laude eorum, a qui-
 bus expectabatur, quam suo gaudio ad regē redijt. Fuit
 (forte inter captiuos) Mamacus sacerdos doctrina, et
 religione apud suos clarus. A quo super his, quæ in re-
 ligiosa Musormanorum historia vulgo feruntur aut im-
 proba, aut obscena quom multa Sanocceus (ut erat mo-
 rum rituumque peregrinorum vestigator curiosus) ex-
 quireret, ille nec sortis suæ, nec professionis oblitas non
 licere, inquit, de secta sua vincitum disputare. Cæterum
 Sanoceo instantे, ut vel fateretur, vel purgaret religio-
 ni suæ obiectas^{*} laudes, propriūq; id esse munus sacerdo-
 tis asseruente, ille præfatus, Turcos quoq; homines esse
 ab eisdemq; principijs, quæ mortales alij sua profiteren-
 tur, corpus simul, atq; animam ducere, subintulit, quo-
 niam in his, quæ percipiuntur tractanturque sensibus,
 cum reliquo humano genere consentirent, maxime ve-
 risimile esse, in illis quoque, quæ aut opinio aut intelle-
 ctus suggesteret sine probabilibus notiōibus minime se
 habere. Post eam victoriam plenique Bulgarorum op-
 pida simul odio Musomanicæ impietatis, simul studio

Christi-

Christianæ professionis pellecta, tum etiam linguae commercio, & quod eadem cum Polonis primordia generis haberent, electis Turcorum præsidij, ad regem defecerent. Nonnulla etiam, in ipsa trepidatione, expugnata, partim per regios milites, partim per Polonos cruce signatos, qui ductu Iuliani multa egregia facinora quotidie edebant. Et iam cum victoria peruentum erat sub ipsum Thraciæ aditū. Cæterum licet multum bello quaestum videretur, non minus amissum credebant in militum vexatione, qua toto itinere conflictati illuc perucnerant. Quod enim prope a fonte Ciabri amnis, qui a Mæsis olim Triballos disternabat, Bulgaria per dorsum Acni montis in vulturnum, aquilonemq; porrigatur: a meridie in Thraciam declinat, a septemtrione vero in Danubium deuexa, inferioris partem Mæsiæ occupat. Itaque media eius regionis inuiæ rupes, et prærupta saxa tenent. Decliviori autem, et si qua in planitiem protrahuntur, profundis fere siluis vastisque solitudinibus occupantur. Ideo ager haud sanc egregie frugum fertilis, sed neq; alendo pecori satis fœcundus. Ac proinde, ad cætem mala, quibus itinerum difficultas, in ipso iam hiemis initio, exercitum multauerat, magna hominum iumentorumque vis rigore intolerabili, aut lassitudine absunta: commeatus etiam inopia maxime urgebat. Et licet pecunia suppeteret abunde, non erat unde frumenta coquarentur, ex coque ad famem desperatio quoque accedebat. Nec quicquam aliud, victimum iam malis

suis exercitum, ne dissolueretur, retinebat, quam crebre
Huniadiani abhortationes, cuius aſſeuratio, quo peri-
tior earum regionum rerumque habebatur, eo veluti fo-
lidiori ſpe ab omnibus accipiebatur. Ille quidquid malo-
rum exhaustum erat, frigus, famem, laſſitudinem, de-
ſperationem repetenda, rurſusq; perpetienda dicere ſi re-
grediendum foret, tanto hominum iumentorumque ve-
xatione maiori, quanto magis regionis naturalem vasti-
tatem bellum etiam exhauxerat. Longe plus ſolitudinis,
difficultatumq; a tergo relictum, quam emetiendum fu-
peret, ſi progredi perſeuarent: multo etiam altiori
mōtium iuga ſuperita, quam per quæ in Thraciam tran-
ſcendendum. Stare eos in limine horrei fælicioris iam
agri, biduoque peruenturos non ad amœniora ſolum lo-
ca, ſed rerum etiam omnium feniora. In quibus præ-
terquam quod reficiendo exercitui abunde omnia ſuper-
futura eſſent, tantū etiam præde paſſim expositum, quā-
tum referre fastidirent. Unicum, atq; eundem ultimum
laborem instare. Subinde non bellum fore, ſed popula-
tionem. Meminiſſent, qua alacritate, per inacceſſas co-
tes, & saltus inuios, etiam inuita natura, pauloante pro-
peraſſent. Quia virtute nihil actum foret, ſi victoriam
non profequerentur. Cæſos quidem ab ſe ad ſatietalem
hostes, ſed facile instauratos exercitum; veriusq; irri-
tatos, quam viētos dici poſſe. Rurſus occupaturos ea,
quæ ipſi deſeruiffent oppida, & a patria, penatibusq; &
Iaribus poſtea propulsandum iterum bellum, quod in a-
grum

grum hostilem vincendo conuertissent. Incertum eſe, an eadem fœlicitate arma ſemper ſumerent. Dum deus, ac fortuna cæptis fauerent, non temere omittendam de bellandi Europam opportunitatē; vt omitteret, quam flagitiosum ijs eſet futurum, ſi fœlicitati ſuæ, atq; occaſioni defuſſe viderentur, deum ijs etiam iratum fore. Hæc, & plura eiusmodi ſæpe vulgo, & in concionibus iactata ab Huniadiano, interdum etiam a Dēſpoto, cuius vnica ſpes erat rerum ſuarum iterum potiundi, ſi bellum nō intermitteretur, ſuccumbentes aduersis non ſolum militū animos, ſed ducum etiam ſæpe firmauerunt. Quomque illi audirentur, videbatur uniusquisq; extrema quæq; toleratus, ſed, premente ſubinde fame, cæterisq; temporis, ac locorum difficultatibus, rursus in priſtinam deſperationem recidebant, viciſſentque humanae neceſſitates (vt contigit ſæpe) verecundiam, niſi aduentus hostium renuntiatus, ne temere dilaberentur, cohibuiſſet, magis ne diſſipatis, ac diſpersis per loca incognita trucidari contingere, quam ſpe in tantis malis boſtibus insultantibus reſtendi. Sed iuuabat etiam vt cumq; cum ſuis vitæ virtutisque ſupremum opus obire. Itaque ubi mox affuturum hostem cognouere, lætari pro ſe quisque, & gratias immortali deo agere, propter oblatam occaſionem honeſte in prælio, atque in acie cadendi. Paulante, non mortem, ſed genus iſum mortis grauifimum fuſſe, quom, veluti enectis bestijs fame, in deſerto eſet extabescendum. Tantoq; ardore animorum arma ubiq;

in castris expediebantur, ut facile intellectu foret, eos, sine ordine, sine imperio, si appropinquasset hostis, erupturos. Interea Huniadianus, qui cum paucis montem subierat, refert, hostes summa iuga insedisse, ut qui non acie dimicaturi venissent, sed regem tantummodo transitu prohibituri. Posuisse enim illic castra, lapidesque, & ligna comportando, tumultuario opere aditum ad se undique communisse. Nec fellerat eum coniectum. Namque, ubi Amoratus suorum cladem acceperat, veritus, id quod futurum fuit, ne bellum in Thraciam, et Macedoniam transferretur, nisi propere misisset, qui arcerent: accitis ad se copijs, quas in Asia habebat, cum reliquijs paulo-ante profligati exercitus eas coniunxerat, eo consilio, ut per nullam occasionem fortunae se committendo, insecessis montium angustijs, transitu arcendo Vladislaum sub montibus retineret. Satis superque hiemem, famemque, & cætem mala, quibus hostes vexari constabat, contra illos pugnatum. Sed quem consilij sui exequendi principem fecerat, Phrigia præfector Canibus vir manu, & inge-
nio promptus, quom, ex loco edito, animaduerteret tu-
multuantes regios in exercitu, et plerosque diuersos in lo-
cis non legitimo imperio, sed perturbate, ac temere ad pu-
gnam erumpentes, alacriusque, quam par erat, propter loci
iniquitatem, per acclivium niti: simul se contemni impa-
tiens, simul, & loco, & numero militum superior, vi-
ctoriam in manibus se habere natus, quasi rei bene gestæ
decus, prævaricationis culpam dilutum max esset, etiam
contra

cōtra id, quod in mandatis acceperat pugnare constituit. Itaq; explicatis ordinibus, signa in hostem deferri iussit. Id ubi rex animaduertit, ad suos, quos magis honestæ mortis, quam victoriæ spes temere ad montem agebat conuersus, aduocatisque Huniadiano, ac Despoto, & cæteris primoribus. Deus inquit, deus adest fæuetque. Ille hostibus, quom insidētes montis fauces, per otium satiare possent oculos interitu nostrorum, fame malisque alijs passim pereuntium, mentem illuc manendi abstulit, & num præcipites in eos agit, qui sic armati profiliere, ut certamini superesse nolint. Rapiamus occasionem, animisque, et alacritate, quam nostri, ut honeste occumbant, extulere, utamur ad victoriam. Ad quam nihil efficacius esse solet, quam si sine metu mortis pugnatur. Quo maiori desperatione in hostem feretur quisq; eo vio lentius cædet, ac prosternet obuios. Et dum mori non recusat, victor cuadet. Nec mora, producturus ipse cum Despoto & Iuliano reliquos in aciem, Huniadianum misit, qui temere sparsos colligeret, & quantum res subita properantiumque ad ultimum discrimin non ardor, sed propemodum rabies sineret, prouideret, ne cæca eorū temeritas plus hosti ad victoriam conferret, quam ipsius aut virtus, aut fælicitas. Ille propere incompositæ multitudinis primos asecutus, ut quemq; pleniori gradu ad montem festinare intuebatur, admonendo ne cæco impe tu veluti paratum iugulum hostilis offerret, cuiq; enim non in sua morte, sed in hostium cæde laborum periculo
rumq;₃

rumque omnium terminum positum) rogabat ut se in a-
cie locari paterentur, et si, tanquam victurus nollet, sal-
tem in ultionem suæ quisq; mortis, acriter pugnare indu-
cerent animum, non temere, quod pecudum eset, sed ut
viros fortes deceret, atque ex militari disciplina. Perti-
nere ad futuram famam, ne incruentam de se victoriam
hosti permitterent. Hæc cum diceret, simul ordini, qua-
lem casus, & tumultus præstare poterit quemque appli-
cabat, simul benigne retro agebat in proximam tumulis
planitiem, ex qua placidius colles acclives haud difficil-
limum ad se aditum præbituri videbantur. Quom inter-
rim rex quoque cum cæteris copijs accurrisset, & Turci
mihilo segnius ex superiori loco decurrentes, eo iam per-
uenissent, ut missilibus ex intervallo prælium committe-
rent. Quorum eo minus vani ictus intercidebant, quo
densius regiorum agmen ardenterique studio ad excipi-
endum hostis impetum sursum nitebatur. Multi prius-
quam cominus congrederentur, vulnerati. Sed ubi ad
manum ventum, & gladijs res agi coepta est, ante alios
Poloni desperatione, atque ira occæcatis animis, inua-
dunt hostem, & prosternunt, tam obstinato impetu ut lo-
cis aliquot minime sustineri posset. Cœpitq; aduersa aci-
es, conturbatis ordinibus, nutare. Sed accurrens ad o-
mnia disfermina Canambus, et plerosque ex suis gladio,
& vulneribus, alios voce, & maledictis increpitans,
quod ab lassitudine, inedia, frigoribusq; enectis, per ina-
uem trepidationem vincisse paterentur: certamen redin-
tegrauit

tegmuit ordinesque restituit, identidemque, vbi acrius
 pugnari animaduertebat, circum clamitans, Cæcum sci-
 licet despenatione hostem sponte in vulnra agi: tela tan-
 tummodo intendenda, ipsum se sua sponte iugulaturum:
 per omnes militis ducisque optimi conatus, tam pericu-
 losæ sibi pugnæ euentū distinhebat. Quom interea mul-
 ti vtrinq; aut caderent subito, aut tam gnuiter vulne-
 narentur, vt delapsis in terram vires minime ad consur-
 gendum suppeterent, conculcantibusque equorum pedi-
 bus, quanto lentius tanto miserabilius interiret. Sed ma-
 xime insigni, atque horribili aspectu patebant vulnera
 equorum per Polonos cruce signatos inflicta. Erat fere
 pedestre agmen, lanceasq; gestabat, in eo modo a vena-
 torijs distantes, quod non punctim solum, sed cæsimetiā,
 ferro prælato, & oblongo, infeste utroque modo ferie-
 bant. Itaque illi inter equites excursantes per loca mo-
 dicis virgultis implicita, nō tantum latera equorum mu-
 cronibus aperiebat, sed cruni plerumq; tota a corporibus
 detruncantes, ceruicesq; altissimis vulneribus incidentes
 magna ex parte ad pedestre prælium Turcos redegerant.
 Qui eo genere pugnandi tanto facilius superabantur, ce-
 deabantq; sensim retro, quanto equestribus assueti insul-
 tibus peeditum labore minus ferre consuevere. Cæterum
 vbi equus, quo Canibus vechebatur, per ventrem lan-
 cea transuerberatus, dolore saeuens inter hostes equitem
 profudit in caput, vulgatumque est, ducem aut cæsum,
 aut certe captum esse: multitudo ad montem conuersa,

quod reliquum præsidij erit, fugæ se commisit, inseguentibus Christianis, & fugientium terga passim cædentiibus, tanto ardore animorum, ut ad summa usq; iuga, per omnia aspera, atq; inuia euasuri viderentur. Sed quom plus negotij ab locorum iniquitate, quam ab hostibus futurum appareret, & iam dies in noctem inclinaret, quo tempore etiam in planis æquisque locis erubunda obliterantum vestigia periclitantur: rex prohibens ulterius insuperabilibus vim affirri, signum receptui suis dedit. Ex aduersa autem acie, qui cædem effugient, pauore, ac festinatione amentes, per saxa præcipitia rupesq; abruptas, projectis armis, & manibus cotes innataq; illis virgulta prehensantes, ægre nitebantur, euadabantque ad suos, qui munitiones, castriq; verticibus imposita seruabant. Inter pugnandum Carambus, alijq; viri multi genere, ac factis insignes capti. Plures tamen cæsi in fuga. Itaq; amissio duce, & roboris pene quantum fuerat in exercitu, quom appareret, Turcos minime toleranturos impetum, si ad eos infestum agmen ire pergeret: postero die rex sub aditum, quem insederant hostes, castri posuit. Extulerat suorum animos pugna prospici, nec minus stimulabat cupiditas transcendendi in loca commoda leuandis malis, quibus misere affligebantur. Exindeque aut victoriae, aut necessitati nihil imperium arbitriti, contra ardua queq; per acclivium obliterabantur. Nec segnius ab hoste desuper petiti, missilibus pene obruebantur. Videns itaq; rex naturæ difficultatem obiectam suis, &

is, et quod suo ingenti, hostium vero nullo discrimine ad montis verticem peruenire conabantur, temere effusum agmen in castri reducturus properabat. Moxq; preter quam quod satis in ea expeditione actum credebat, animatis suis vincere, & vinci desuetis, hiemi locorumque asperitati cedere instituerat. Cæterum Huniadianus obstinatus cuncta prius experiri, quam desistere a prosequenda victoria, quom animaduertisset, obliqua montis nuda vepribus, & ad ascensum clementer acclivia: illac euadere in summum iugum posse arbitratus, suos circu- egit. Prominebat in abruptum vertex editissimus, & Turcis, ascendentium sub se mōtem aspectum adimebat. Eoq; non facile solum, sed etiam tuto miles ingredieba- tur. Quod ubi rex percepit, mutata sententia, subseque Huniadianum cœpit cum reliquis copijs. Peruenenat iam prima militum manus in iugum æque editum, atq; id quod inscederant Turci. Sed in immēsum hians saxum progreedi ulterius non sinebat. Quo quom Huniadianus quoq; ascendisset, videretq; biatum, propter magnitudinem, neq; tumultuaria materia impleri posse, neq; ponte coniungi, quom haud plus stadijs duobus ab hoste dista- ret: submisit impiganum expeditamq; militum manum oc- cupaturam recto itinere aditum in mōtem, si Turcos pau- lulum submoueri contingeret: confessimq;, obuersis fir- matisq; in illos machinis, haud mediocre magnitudinis lapides contorquebat. Quorum præter cōsternationem, quam insuetus horrendusque frigor animis incutiebat,

vis improuisa minimeq; tolerabilis, propter lapidum ma-
 gitudinem, multos in principio obtrivit: parumq; ab-
 fuit, quin nouæ fœdæq; stragis subito terrore, & clade
 percussi, omnes locum desererent: quippe quod vnius la-
 pidis impetu, cōplures sēpe diuerso genere mortis absum-
 mi intuerentur. Nec mali illius evitandi alia, præter-
 quā fugæ ratio succurrebat. Sed Alibecus, post captum
 Canumbum militari consensu dux a suis creatus, admon-
 nens eam pestem vitatu facilem, si, frigore audito, post
 eminentes cotes illico procumberent, nō modo ab incepta
 iam fuga eos retinuit, verum etiam ad resistendum ani-
 mavit. Quom itaque semel, atq; iterum emissa in se tor-
 mentis saxa fœliciter elusissent: intrepide inde arcebant
 deturbabantq; regios, qui aditum occupare conabantur.
 Quod ubi Vladislauis animaduertit, veluti, securis hosti-
 bus, absidentium suorum eminus conatus omnes non ho-
 minibus sed locis expugnandis irritos fore iam crederet,
 despenata cominus congrediendi facultate, quom rigor
 hiemis, & ob quam, transcendendorum motuum spes ma-
 xime pellecerat, commeatuum inopia premeret, ultna
 quam sustineri iam posset: retro agèdi copias rursus con-
 filia cœpit agitare. At Despotus, cui omnia æquiom
 toleratusq; minus dum apparebant, quam belli cius inter-
 missio, per quod fortunam dignitatemq; pristinam recu-
 penaturum se credebat; ignominiosum fore aseuerabat,
 si, capto duce, debilitatoque hostium exercitu, qui victi
 iam non armis sed, ut panidæ feræ, cotibus, ac speluncis se

cis se tegerent, terga verterent. Eadem illos cum rerum omnium penuria, tum aeris intemperie, qua regij labonare, moxque humanis necessitatibus cessuros, si paululum perseuenaretur. Non committendum, vt fluentia luxu Asiana corpora, tolerandis difficultatibus superesse viderentur Germanorum, Hungarorumq; iam tum ab infantia, cœli, terræque rigoribus duratos artus. Datum se pecuniae, quantum foret opus, frumentis coemendis, quorum copia circum omnia loca abundarent. Iulianus quoq; haud ferme his dissimilia iactando, ab instituto regé auertere conabatur: sed fame, ac frigore extabescientibus hominibus, iumentisque, quom paterentur vulgo grauiora utiq;, quam quæ ancipitis spei consolatione leniri possent: peruicit in desperatis animis necessitas (ut fit) honesti nationem, regi, conuerso agmine, in planitiem descendere. Mox collectis impedimentis, praemissisq; retro qua venenant subsequebantur. Turci vero ubi vincisse posse, hostē desperasse perceperere, lætisecum, regi inflati noua spe, iuga montium deseruere, subsequendog; abeentes crebris a tergo impressionibus vexabant. Et licet non magnas, frequentes tamen clades inferabant. Sed plerumq; accipiebant. Conuersis enim in eos expeditissimis quibusq; manumq; conseruentibus, multi ex illis cœdebantur. Etsi regiorum quoq; impetus plerumq; frustrabatur, refugientibus statim Turcis, qui mox conglobati rursus infesti adenant. Quādoquidem multa præda impedimentisq; grauis exercitus, minime propenire potest.

tenit. Silua cest densa non tam frequenti, & procem arbore, quam ramosa, & ad radicem fruticante, præterea implicita vndiq, sinuosis quibusdam, & stagnanti cœno voraginosis anfractibus: quales obsoleti fluviorum meatus, ubi aut humana arte, aut vi nature cursum aqua immutauit: eamq, ob rem fere tota imperuia, &, sicubi transitum præbet, angusta est admodum via, & frequētibus commissa ponticulis. Ad eam ventum quom esset: præmissa cum sarcinis leui armatura, in postremo agmine, quod veluti murus, antecedentium terga protegerent, hastatos equites colloccarunt, progrederabanturque ad iter. At Turci, quotidiana insultandi consuetudine superuenientes, quom magna pars equitatus in siluam progressa foret, impetum faciunt in ultimos, quorum clamor præcedentes subito ad se conuertit. Et ut quemque succurrendi suis studium, et festinatio inconsulta impiebat, ita extra viam egit in loca cœnosa, & palustria. Ex quibus diu luctati in pedesq, recepti, ægerrime, quo sc, atq, equos expedirent, propterea quod viginosa terra, hominum iumentorumq, vestigia altissime in se recipiens difficilius remittebat: datum est Turcis spatium capiendo ex postremis equites circiter octuaginta. Sed cœno tandem regij, atq, vligine expliciti, refugientesq, assediti, suos liberauere, nec minus sexaginta supri centum ex hostibus captos iugulauere illico, reliqui fusis fugatisque. Multoque difficilior eis cum natum loci luctatio fuerit, quam fuit postea pugna in patentibus campis, cum hoste commissa.

commissa. Cæterum quom et fames quotidie grauius vr-
geret, & tam frequens Turcorum insultus, ad cætera ma-
la, per lassitudinem tandem pene ad internitionem exer-
citum mulctaturus appareret: placuit comportari simul,
succendique quicquid erat inter sarcinas, quod exercitui
magis tunc oneri eſſet, quam vſui poſtea futurum, tum
iumenta debilia, aut ſuperuacula interfici, & arma, quæ
aut ex defunctis militibus, aut ex præda ſupererant, ter-
ræ infodi. Quibus diligenter peractis, exercitus ſubin-
de, velut ex purgatione redūdantium rerum, nouū quen-
dam vigorem cum accepiffe; maioribus itineribus, quā
ut atioſe iuſtando inſequi Turcus poſſet, ad Belgi-
dum ſe recepit. Ibique, diebus aliquot militi ad quietem
datis, rex, vnde mouenat, Budam contendit. Ubi poſt-
quam cognitum eſt, eum ciuitati appropinquare, præce-
dentibus in ſacro ornatu, et ſolemni cærimonia ſacerdo-
tibus, ingenti numero, populus omnis generis promiſcue
effusus cum gratulatione reducem ſalutauit excepitque.
Ingrēdiebatur ipſe pedes ex voto, templum prius, quam
regiam aditurus. Preibant vero captiui inſignes, cum
Carambo: tum militaria ſigna hōſtibus adempta, cum
parte præde, quæ ſupererat, præferebantur, ſubſequen-
tibus militibus, ante omnes, Polonis cruce signatis, lau-
desq;, et nomen regis militari alacritate in cœlum feren-
tibus. Ipsiſum vnum eſſe, qui regias artes, virtutesq; non
noſſet ſolum, verum etiam impleret. Cæteros per igna-
uiam, et ſocordiam ætatem agere in domēſtico luxu, pro-
dita, ac

dita, ac deserta re Christiana. Quæcum primum caput attollere incipiens, breui ad pristinum decus amplitudinemq; eſſet peruentura. Sed et iuxta regium decus, Hu- niadiani nomen celebre apud multitudinem audiebatur. Cuius maxime ingenio, ac virtute in rebus bellicis victoriā adeptam credebant. Cæterum multo insignius futurum fuit ſpectaculum, ſi neceſſitas expediendi exercitum, magnam pompaē partem non ademifſet, rebus multis vltro concrematis in itinere, alijs ſub terrum relictis. Postquā vero laudes gratesque, ob rem benegeſtam, deo aetæ, signa tholis ſuffixa, & repetitis egregie factis, di- clisque cuiusque ex ducibus, pro meritis ſinguli præmio affecti: mox, vt corum virtus ad posteros quoque testatior redderetur, insignia cuiusque cum titulis, in conſpectiore parte templi, di- tiffima, diligentique pictura effigiata.

PHILIPPI CALLIMACHI
 DE REBUS GESTIS A VLADISLAO
 POLONORVM, ATQVE HVN-
 GARORVM REGE

LIBER TERTIVS.



VLGATVS REDI-
tus, ac victoria Vladislai omni
um fere Christianorum Princi-
pum legatos ad se exciuit: sed
in primis frequentes conuencere
ab vniuersa Italia, quam ea tan-
tummodo fiducia tenebat, mini-
me se vexatum iri a Turcis, si
cos Poloni, & Hungari aut subijcerent sibi, aut certe
non absistendo a bello iugiter oppugnarent. Vno omnes
ore, ac consensu, affuisse deum, affuturumque assecuera-
bant pio, et iusto bello, et, quæ ad id locorum gesta erant
efferentes, ad reliqua exequenda exhortabantur, sed
ante alios, pontifex maximus Eugenius, Venetiq., &
Genuenses cum Philippo Burgundionum duce. Hi ad
laudes partæ victorie, adhortationesq; nouæ expeditio-
nis instaurandæ, adjiciebant etiam pollicitationes subsi-
diorum, seq; ingentem classem in Hellespontum missuros
spondebant, per quā Turci ex Asia transmittere, sequi-
cum Europæis coniungere prohiberentur. Qua natione

R

facilli-

facillimū foret in Europa debellare: in qua pauci admodum supererent hostes, & hi trepidi, ac perculti, & non nisi vinci assueti. Modo paululum rex anniti vellet, exterminari omnino tota Europa impiam execrandamque Musurmanorum superstitionem posse, re Christiana in perpetuum aucta, & stabilita. Ioannem etiam Palæologum Græcorum imperatorem, cuius fortunam maiestatemque Turci non modo labefecerant, sed pene etiam euerterant, successus Vladislai extulerint in spem rei dignitatisque suæ in integrum restituendæ. Missique sunt etiam ab ipso oratores, qui præfati ea, quæ facere visa sunt ad tanti euentus gratulationem, diuina humana commiscendo, religiosa asseveratione nuntiauerunt, visum esse a plenisq; Constantinopoli, ante portam, quæ in Macedoniam fert, equestrem iuuenem candida ueste ornatum, per speciem letitiae, hac illac excursare, eadem homi, ut postea compertum fuerat, qua res a Christianis contra Canambum prospere gerebatur, moxq; euauisse. Id visum omnium animos primo sollicitos habuisse, subinde, cognita regis victoria, illius nuntium vulgo existimatum. Cæterum prudentiores, & quos aut vitæ sanctimonia, aut profundæ alicuius disciplinæ cognitio peritos futurorū reddidisset, nō tam credere Vladislai successum diuinitus Græcis nuntiatum, quam eos admonitos temporis, & occasionis suæ: Turcorum in Europa rem pene profligatam, in Asia etiam fluctuare, molientibus res nouas circum adiacentibus Tetrarchis. Ideoq;

non cur-

non cunctandum vltterius, sed trepidos suaq; imbecillitate, ac vi aliena laborantes subito opprimendos. Quia persuasione eorum Imperator excitus, cum suis quidem armatus ex parte altera esset affuturus, si modo regi cordi esset, primo quoq; tempore eam victoriam prosequi, quā, deo duce, atq; auctore, vel exinde adeptum eſe constabat, quod diuinis etiam nuntijs fuisset peruulgata. Accedebat ad hęc supplex Despoti ambitus, et quotidianae preces obtestationesq; cum lacrymis, tum instans Iuliani adhortatio vocesque assidue multoq; iam efficaciores apud animos, primae expeditionis successu elatos. Quibus ne magno animo rex subito assentiretur, res Polona continuit. Venerat enim eodem quoque tempore legatio a Polonis gratulatum & ipsa quidem regiae fœlicitati. Cæterum tentari iterum fortunam nō prius oportere admonebat, quam cum proceribus Polonis, vel in finibus regni consilio inito, prius rex expediret, qua natione rebus domi constitutis, ac firmatis, externum bellum regni sui securus prosequeretur. Non videri nationi consentaneum, ſollicitum eſe quenquam de rebus alienis, antequā ſua in tutto collocaſſet. Recenſebat deinde, in qua deformitate Polonia eſset, quid licentiae ubique inſoleſceret, quis in priuatis cupiditatibus ardor, quæ in publicis opportunitatibus negligentia. Ex his nactos occasionem Tartaros, magnam Russiæ, ac Podoliæ partem depopulatos. Sed et p̄eterquam quod priuatæ procerum simul tales ad vulnem, & cædes iam peruererant; a finitimiſ

per latrocinia tanquam iusto bello etiam prædas abigi, in primisque a Boleslao duce Opoliæ. Ad ea vulgari, Casimirum ex Lituania bellum Masoviæ propediem illaturum. Quibus malis succubiturum omnino regnum, nisi subito succurreretur, affirmabant. Quæ regis animum eo mouebant magis, quo verius dici nuntiarique sciebat. Tamen ne regni vnius priuata necessitas, publicæ omnium Christianorum rei apud mentem suam præponderare appareret: prius collaudato singulorum, quorum legationes aderint in se officio, ac benivolentia, nec minus pietate in religionem, ac deum immortalem, cæteros omnes oratores sic ab se dimisit, ut qui sperare possent facturum ipsum postulata. Polonis vero dixit conuocatum se illico Budam Hungarorum optimates, datumque enixe operam, constitutis omnibus, quæ ad pacem bellumq; eius anni attinere vidarentur, ut mox ea, quæ ipsi petierant exequeretur. Constituta subinde Hungaris conueniendi die, ut si communi iterum consensu educenda censeretur in Turcos expeditio, stabilior quies domi relinquiri posset, data fide, absoluto conuentu, ad sua quemq; iniuiolatum remissum iri, Iscnim etiam, magistratusq; ciuitatum, quæ ab illo dependebant, placuit per litteris accersiri, licet, aduersante Iuliano, qui præsentibus Boemis, nihil, quod quidem ad religionem pertinere, rite transfigi posse arbitrabatur. Sed confirmauerat regem in sententia Enrico Banus, dicens, non esse eius temporis, quærere, quid sentirent, vellent ve Boemi de-

cærimo-

cærimonijs institutisque Christianæ professionis, deque Romani pontificis, aut ritibus, aut præceptionibus in sacris tradendis suscipiendisq;. Aliam esse eorum causam, quibus satis esset verbotenus de religione disceptare: aliam vero eorum, quorum cum religione simul vita, & libertas periclitaretur, & manu non lingua tueri se cogerentur. Si quid in Boemorum mentibus foret aut a sacra Christi historia, aut ab eiusdem mysterijs alienum, non defuturos postea emendandi occasiones, & tempora illis, quorum interesset. Interea nihil satius in adeo ingenti non eius tantum regni, sed totius quoque Christiani nominis opportunitate, quam uti opem quorumcunque, & in primis Boemorum, qui & ad manum essent, et in priori expeditione (quo ad tuendam religionem pertineret) non solum pīj, sed etiam constantes cogniti essent. Nec totidem volonos cruce signatos ex reliquis omnibus Christianis nationibus accurrise, quot ex unica, et haud sane numerosa ipsorum gente. Ad extreum adhibentur, nec ne ad eiusmodi consultationem, magis quam alterius cuiusquam, interesse eorum, qui illos erant vocaturi. Quandoquidē eo blandimento illecti, maiorumq; gerendorum gloria incitati, si nihil aliud, saltem domesticam securitatem præstare possent; spreti, præterquam quod certi hostes, etiam inti in regni gremio essent remansuri. Igitur postquam omnes conuenerant, dies aliquot extracti extinguendo intestino bello. Verum ubi nulla iniri ratio potuit eius ex toto abolendi, consensum

est in biennales indutias. Quibus durantibus, captiuos
 vtrinque dimitti placuit, ea conditione, vt, indutijs ex-
 actis, reuerterentur in vincula, & custodiam, si de pace
 interim non conueniret. Lætis subinde omnibus, quod,
 datis acceptisq; indutijs, domi nihil, quod inter suos ma-
 gnopere timeri posset, relictum videbatur: proposita est
 belli externi consultatio, & plerisque alijs, sed Despoto,
 & Iuliano in primis instantibus, publiceque, ac priua-
 tim afferentibus præparari, affuturaque in tempore au-
 xilia a pontifice maximo, cæterisq; principibus Christia-
 nis, facile, recenti adhuc victoria elatis, fidentibusque
 animis, persuasum, vt redintegrandam expeditionem cœ-
 serent. Apparebat enim, accendentibus terna mariq; tot
 potentissimorum principum nationumq; auxilijs, facilli-
 me deleri posse eum hostem, quæ pauloante, præter haud
 sane multos volenos cruce signatos, nemine omnino op-
 tulante, suis tantummodo armis, ac viribus fudissent, fu-
 gasentq;. In eum itaq; sumptum, decretum est extra or-
 dinariū tributum, subito ab indigenis exigendum, quæ-
 storesq; ad id designati: bellici autem apparitus tota cura
 Huniadiano delegata. Sed et nütij decreti, qui ea, quæ
 apud Hungaros, et Vladislauum cōstituta erant, ad quos
 maxime oportebat, principes, nationesq; perferrent. Ve-
 nemit Budam ad eum conuentum Pancratius Sanctoni-
 colaus, partium quidem Vladislai assertor, sed qui om-
 nem regionem, quæ a præterfluente Vago abluitur, la-
 trocinio infestam tenebat. In quem quia domesticam
 quietem

quietem turbare videbatur, publicum plus odium valuit, quā liberi conuentus reuerentia. Captus enim est a multitudine tumultuosius id efflagitante, præcipiteque impetu in vincula coniectus, & subitarum de ijs, qui sceleris participes erant, sumptum est supplicium. Nec temperatū foret ab Isca, in tam præpropero ardore animorum contra publicæ fidei sanctitatem: nisi Vladislauſ, ubi multitudinem vehementius concitatam vidit, quam ut monendo hortandoq, verecundia æqui boniq, cohære posset, nonnullos Polonos confestim submisſet, qui, per posticum eductum, mutatis vestimentis, Iaurinum perduxere. Quofacto rex ab Isca postea nunquam nominatus est, sine reuerentia, & præfatione honoris, cum vindicem suum, seruatoremq, appellaret. Rebus igitur sic administratis in Hungaria, Vladislauſ ad fluctuantem paterni regni statum, et molitionem Casimiri in Masouios, animum conuerterat, volebatq, dum tributa exigetur, dum gerendo bello usui futura parentur, transcedere in Poloniā, factiones intestinas illic quoque sedaturus, consultaturusque, quo pacto licentia latrocinantium ex Slesia, & Lituanicus motus supprimeretur. Sed & magnopere gestiebat, secum, post tot tantasq, res fæliciter gestas, sese matri, ac suis ostentare. Cæterum, præter id quod apparebat, Polonos omnia facturos, ut nō dimitterent ab se regem, nisi quæ ad pacem suam facere crederent recte prius constitutis: Hungari etiam veriti, ne aut iuuenilis animus, dulcedine quietis in paterno

terno regno remolliretur, aut a matre cæterisq; neceſſa-
rijs auerteretur a periculis in bello Turcico ſubeundis :
Despotum, & Iulianum tanquam duas machinas ad e-
am cogitationem expugnandam, regemq; in Hungaria
retinendum admouere. Illi ſatis ſuperque, ad id per ſe
prompti, nec minus ab alijs stimulati, hortando, rogan-
doque peruicerunt, ut Polonis rex in praesens per lega-
tos excufaret neceſſitatem, ac magnitudinem ſucepti ne-
gotij : a quo ſine insigni nota ignominiae, proditus illis,
quos ad helli societatem exciuuerat, ſine ſummo etiam pe-
riculo abeſſe non poſſet : cum quidem Turcus cognitis
qua; a Christianis parabantur, ingentem congregaſſet
exercitum, impetitus vltro Hungariam, niſi ſua de-
fendendi neceſtas ei prius obijceretur. Quibus adiectū
eſt etiam negotium impetrandi, propter nouam expeditio-
nem, auxilia, nec a Polonis ſolum, verum etiam a Pru-
tenis, a quibus præterquam quod, ex profefſione ſua, de-
berentur, apparebat etiam eo iuſtius peti, quo a priore
bello otiosius abſtinuiſſent. Cæterum vti ea a postulatio ir-
rita apud Prutenos fuit, ita dilatus regis aduentus ma-
gno malo Polonis ſtetit. Quom enim vniuersorum ani-
mi erecti in expeditionem illius, quieta ſecum, & ciuilia
agitare cœpiffent : vbi intellectum eſt regem minime af-
futurum, illico veluti certam impunitatem, & licentiam
nacti, ſeſe ad conſuetas artes conuertere. Et præter id
quod mutuis ſimultatibus, multa inter ſe fœda committe-
. bant, facile etiam exterorum iniurias tollabant. Sed

& fini-

Et finitimi, eandem ob causam, impune latrocinabantur: capti, sunt, & rebus suis exuti ab illis, multi negotiatores homines honestissimi. Præde etiā ex agris pro pecudum licentius, quam si bellum indictum esset, abstracte. Sed ante omnes insignis fuit rapina ducis Opolensis, interceptis per insidias quam plurimis negotiatoribus Cracoviensibus, dum Viatislauiam ad nundinas proficerentur: quam iniuriam, cum publico sumptu, ac viribus vindicanda censeretur, placuit tamen prius ad regem perferri. Ille, ne quid, se absente, vi tentaretur edixit, sed ut iure res repeterentur, seq, opportune, si minus restitueretur, affuturū spopōdit. Dum ea cum Polonis agerentur, satisq, ad bellum prouisa, & constituta essent omnia in Hungaria: visum est denuo significare Constantinopolitano imperatori, ut se cum suis præpararet moturus ex parte altera, ubi Vladislau ad Thracie Macedoniæq, fines cum exercitu peruenisset. Nec minus admonere etiam fidei, ac temporis pontificem maximum desistebat, cæterosq, qui paulo ante obsidendi Hellesponti vltro negotium cumq, suscepserint. Itaque illi nihil dissimulantes, congregata, instructaq, ad Caictam Septuaginta triremum classe, iusserunt illico Franciscū Albertum cardinalem Florentinum nauigare in Hellespontum, obcessisq, illic litoribus opportunis, obsistere, ne quid subsidiū a Turco ex Asia posset accersiri. Ad quam rem summo studio maturandam, præter Vladislao datum fidem, et religionis cumq, que principes intentos

faciebat: fama, qua vulgabatur, Caramaniæ regem
 cum validissimo exercitu in Pontum et Bithyniam, Tur-
 cos oppugnatum venire, etiam promptiores fecit. Quom
 viderentur omnia, veluti quodam diuino nutu, ad id
 præparari, ut superstitio impia, & fœda pessundaretur:
 - perculerat & Turci animum moles instantis a Carama-
 no belli, cui sustinendo imparem se fore sciebat, nisi inte-
 ger illuc se conuerteret; & videbat, dissipatis viribus
 eodem tempore Polonis, atq; Hungaros terram, Italos ve-
 ro etiam mari esse occurrentum: quom nihil ignoraret e-
 orum, quæ contra se summo consensu, summoque conatu
 ab utraque gente parabantur. Et proximo etiam bello,
 cum magna suorum clade, Vladislai vires, ac fælicita-
 tem expertus, eo timebat magis, quo intelligebat certio-
 ra, & validiora subsidia illi affutum. Igitur, ne copias
 suas distruhere in diuersum, & propemodum, sine spe re-
 sistendi, separantim eas summis discriminibus obijcere co-
 geretur: natus cæterorum animos facile posse ad pacem
 inclinare, si Despoto prius persuaderetur, nuntios ad eum
 clam submisit, qui veluti de Carambi redemptione agen-
 tes, per occasionem proponeret illi, cum libertate filiorum,
 pristinæ fortunæ decus, atq; amplitudinem, si æquabilis
 concordia cum rege incundi auctor ipse fieri vellet. Ille
 se dolo, atque astu a perfido hoste tentari primum nitus,
 onitorum verba diffidenter audiebat. Cæterum ubi in-
 stando agendo, ut crederetur extorsere, cœpitque illius
 animus ab incerta spe victoriae ad præsentem certamque
 princi-

principatus sui possessionem conuerti , quom non ignom-
ret, filios interim fædo in carcere eathenis vincitos, &
iam pridem crudeliter oculis mulctatos, ludibrijs quibusq,
eſe expositos, & ultm quam paternus animus pati pos-
set, diutius indignis, atque acerbis modis iactatos per op-
probrium, & calamitatem in forde, ac squalore vexari,
eaq, res non minus, quam euersa status sui fortuna solli-
citum haberet : rem, prout offerebatur, ad Huniadianū
pertulit. Qui, & si pristinæ fælicitati viribusque fide-
bat, ad eaque auxiliares etiam copias terra marique ac-
cessuras sciebat; tamen cū intestinum bellum in Hunga-
ria non extinctum, sed dilatum, Fridericumque in pro-
pinquo diuitijs, & auctoritate præpotentem hostem vi-
deret: reputans quam varij, inopinatique casus in bello
dominentur, ne, si quid aduersi mala fortuna obiecisset,
Vladislauum subinde facili negotio, regno ejici conting-
ret: illatam a Turco pacis mentionem haud quaquam a-
ſpernandam censuit, præſertimq, etiam, quod Despotus,
per concordiam, pene plura aſsequenda proponebat, quam
posset bellum etiam fælicissimum re promittere. Sed ante
omnia, quibus tandem conditionibus, re vera, pacem fir-
mare vellet, a Turco exquirendum putauit. Quomque
nuntiata ſibi per Despotum tam de redimendo Carambo,
quam de restituendis ijs, que bello repetebantur, re vera
eſe comperiffet: tranſegit ante omnia de pretio captiui:
pro quo quinquaginta aureorum millibus acceptis, nihil
interim prætermittendo ex his, quæ ad accerrimi belli

motum præparanda fuerant, monet regem, ut quam ma-
 xime fieri posset numeroſo inſtructoque exercitu, Idibus
 Iunij, ad Segedinum moueret. Ibi legatos Turci peten-
 tes pacem affuturos. Offerri quidem ultro conditiones
 haud incommodas tempori, et rebus regni: cæterum vim
 paratam in conſpectu multo meliores extorturam. Solli-
 citus adhuc ſecum Vladislauſ de ſtatu Poloniæ pericli-
 tante, mentionem pacis laetus audiuit, haud ignarus, fa-
 cile fore, vt ijs viribus, quas ad externum bellum com-
 parauerat, domi utriusq; regni ſui res in perpetuum ſta-
 biliret, ſublatis omnino, aut ciectis iniuriarum ſeditio-
 numque principibus. Sed & cæteri omnes, post tot an-
 norum non intermisſum bellum, ceſſationem quietemq;
 aliquam a Turcis deſidenabant. Venit itaq; rex cum ſuis,
 præſtituta die, in Segedinum, quo Despotus Huniadia-
 nusque anteceſſerant cum Turcis oratoribus. Quorum
 princeps Græcae nationis homo, ſed Muſumanorum
 ſectam profeſſus, vbi in conſpectum regis venerat, ita ver-
 ba fecit. Si, commiſſo inter nos belli diſcrimine, rex in-
 clite, nunc demum ad petendam pacem veniretur: vide-
 ri forſan poſſet Amoratus imperator noſter, viribus ſuis
 diſfidere: ſed quom multo ante, quieta conſilia proposue-
 rati tibi, quam manum conſerendi aliquando tecum co-
 gitatio quæpiam ſubiſſet, in que meliori fortuna ſua iam
 tum egerit apud te de amicitia ineunda: non debes exi-
 ſtimare, noua potius aliqua neceſſitate nunc permotum,
 quam conſilio eodem, quod a principio ſibi perſuasit, te
 fide-

fæderis, ac pacis mentione prouocandum. Neque enim semestri victoria tua credere oportet, fractos abiectosque esse animos nostros, cōtinua fœlicitate iam tot annos, sum omne fortunæ discriminem, elatos. Quos etiam si nihil aliud erigeret firmaretque, utique vidisse, nos toties a vobis effusissime fugatos, victosque, reparare subito copias, victoribusq; vltro insultare, satis efficax exemplum foret, ne, mediocri clade accepta, et quæ tota ducum nostrorum temeritati queat imputari, de fortuna viribusq; nostris subito despenaremus. Atque ideo non tanquam aut necessitati, aut desperationi cedentes nos audiendos putes, sed vt qui minime cōtra alienam fœlicitatem tendentes, modum terminumq; nostræ constituimus. Quomque gloriam partæ nuper abs te victoriæ, præsentisque apparatus magnitudinem oculis, atq; animo metiris, quantum utrique credere oporteat, tibi documento nos simus, toties prius victores, eisdemque, quibus tu modo humanae fœlicitatis blandimentis inflati. Nullius magis interest, casibus se subtrahere, quam cuius felicia initia nondum sortem alterum sunt experta. Pauloante, vix pubescēte ætate, quom paterno regno administrando minime satis par credi posses, accitus es ad alterum pariter regendum, præterquam quod, magnitudine sua, fortiori ætati intolerabile, externis bellis, ciilibusque factionibus etiam implicitum. Magno animo suscepitæ a te cōditioni adeo successus affuit, vt, bello domi statim pene extincto, arma in nos conuerteris, quorum nomen pri-

us vix sustinebatur, facile posse vinci docueris. Quo benignius ausus tuos fortuna confirmavit, eo, ne destituat, præcauendum est magis. Præsertim, quod non qui plurima, sed qui quam gratissima, et firmissima queq; possidet, iure fœlix appellatur. Porro quid tibi gratius esse potest, aut debet quam paternum regnum? Quid firmius, quam adiecta illi, cum pace nostra, Hungaria? Sed blandiaris cœptis tuis, & quantumuis de successu stabilitateque fortunæ tibi pollicearis: nempe ut Despotum in sedem suam restitueres, celeberrima duo tua regna in discrimen seruitutis adduxeris, haud sane æqua laborum periculorumque mercede illectus. Quoā si id quod tanta belli mole quæritur, minime tanti est, ut tam magno discrimine peti debeat, quantum sentimus, non minus tua, quam nostra interest, ridere, ne de alienis solluti nostri labefactemus. Concordia, ac pacis, multæ utrinque dici, accipiq; honestæ conditiones posunt: belli unicus futurus exitus, euersio scilicet patriæ, diuinorumq; humanarum rerum omnium, apud eos qui vivi fuerint. Si præteriorum meminisse placet, habemus & nos quid arma nobis, et vires polliceantur. Cæterum cedere casibus, quam obluctari humanæ imbecillitati magis conuenire censemus: tuum est, reputare cum tuis, malitis ne capere exemplum instabilitatis fortunæ, ex rebus nostris, an in vestris eam experiri. Inclinati in eam sententiam iamdudum animi facile permoti sunt, ut de pace ageretur. Disceptatio maior fuit in conditionibus probandis,

probandis, agente Turco de reseruanda sibi Bulgaria,
fodinisq; argenti, cum plerisque oppidis in Seruia: Vla-
dislao legitimis dominis singula restitut^r volente. Tan-
dem in id conuentum, vt Bulgaria tantummodo in diti-
one Turci remaneret: cæteri omnia quomodo cung^r, occu-
pata ab eo, ijs restituerentur quorum iuris fuerint ante
bellum: captivi, qui supererant, utrinque soluerentur,
in primisq; Despoti filij. Dies deinde constituta, in qua
oppida ciuitatesque, prout pactum erat, traderetur, paxq;
in decennium conclusa, non aduersante etiam Iuliano,
non tam, quod non ex animo rem improbabat, quā quia
aut non succurrebat quid spei proponeret tot tantisq; vti-
litatibus compensandis, si in præsens negligerentur, aut,
quia in tam constanti consensu omnium, clausas mentes
admittendæ rationi intuebatur, expectabatq; admonen-
di tempus opportunius: sed misere interim animo crucia-
batur, reputans, suis maxime factum adhortationibus,
vt Veneti, Burgundisq;, & pontifex maximus classem
ad Hellespontum mitterent: seq; exinde aut vanitatis,
aut perfidiæ ab illis arguendum videbat, si pax, vt con-
uenerat, seruaretur. Cæterum quā grata ea pax Hun-
garis fuerit, memoria veterum cladi, sanguinisque
effusi recuperandis illis, quæ vltro tunc restituebantur,
vel exinde licebit æstimare, quod eius, vt videbatur
auctori Huniadiano, virtutis & honoris ergo data sunt
oppida, & loca omnia, quæ alendo in Hungaria De-
spoto fuerant prius assignata. Et quom Turci peterent
vt in

ut in confirmandis pacis conditionibus, prolata in mediū
 sacra eucharistia rex iunaret: haud quaquā fortiter con-
 tin tenebant, ne si id iurandi genus deprecarentur, su-
 spicari posset parum sincero animo transactum de con-
 cordia: cuius adeo vehementi studio tenebantur, ut vi-
 tarent etiam suspitiones singulas, quibus perturbari pos-
 se apparet. Sed Gregorius Sanoceus, ubi regis quoque
 animum a tam improbo facto haud omnino abhorretem
 vidi; religioso velutifurore percitus, Deus, inquit, de-
 us tam execrabile scelus auertat, ut qui pauloante con-
 tri impios pugnantes, omnia tristia, difficiliaque perpe-
 sumus, dum vinceremus: nunc rursus pro religione ar-
 mati, & propemodum victoriam manu tenentes, sacro-
 sanctum diuini mysterij arcanum sub profanorum oculis
 sponte profenimus. Quid prima, quid hac secunda expe-
 ditione a nobis petitum? quid adeo ingentem bellum mol-
 lem ex tam diuersis inter se regionibus Italia, Burgun-
 dia, Thracia euocare, quid denuo arma induere, quid
 hucusq; progredi oportuit, si sacra nostra prodenda erant?
 minori nostro facinore per ignauiam domi inermes se-
 dendo, pati potuimus illa profanari, quā nunc simus ar-
 mati prodituri. Pudeat nos gratulationum quibus nu-
 per victores accepti; pudeat laudum, quibus, ut Christi-
 anæ rei seruatores prope in cœlum modo elati sumus; pu-
 deat denique obnoxios adeo nefarijs cogitationibus, nos
 dignos haberi, aut in quibus totius Europæ reges, &
 principes spes suas collocauerint, aut pro quibus innume-
 nibles

mabiles populi, & nationes, omnibus in templis ad deum
suplices manus tendant, pro victoria nostra vota nucu-
pando. Quanto sanctius prisci Romani, qui, capta a
Gallis urbe, ne sacra sua conspici possent, terræ infode-
re? Nos victores, nostra vltro impijs prodere cogitamus,
committemusque, ut religiosus ab illis inanes quædam
diuinorum persuasiones seruatæ dicantur, quam a nobis
sacrosanctum immortalitatis nostræ pignus, ac mysteri-
um; & publice nos cofacinore contaminabimus, quod
si unus quispiam sacrilega audacia perpetnaret, scuerissi-
me vindicaremus. Omitto quantum piaculi apud deum
contrahemus, qui non modo ab ipsis causa defecerimus,
sed ipsum etiam testem, ac pignus defectionis nostræ im-
pijs exhibuerimus: quid de nobis hostes sentire poterunt,
videntes nos tanti pacem æstimasse, vt non minus sacri-
lege iunauerimus, quam ipsi impudenter postulauerint?
Sed, vt hæc, pacis utilitas leuiora videri faciat; omnia,
quæ aut in nostra, aut aliorum secta, religiosa altius elati-
sunt, quam quæ humanis sensibus attingi queant, cæ-
rimoniarum velamento, sanctoque arcano mortalium
animis infunduntur. Quæ si nuda in medium protra-
bantur, quia nullo humanæ rationis argumento subsi-
stunt; & temere asseueniri, & impudenter peti, vt cre-
dantur, apparet. Audiueret dudum hostes, deum a no-
bis præsentem coli, asseruarique in sacrariorum penetra-
libus: & quia ignorant, quo id pacto contingat quom de
eo cogitant, nihil simile his, quæ terrena, & momenta-

nea cognoscunt, sed quicquid extra mortalitatis sortem positum putant, mentibus eorum occurrit, & id, quod quale sit nesciunt, tantæ nostræ de eo asseverationi par figurant. Nos hanc ipsorum persuasionem, patefactis arcanis nostris, corrumpemus, clatasque ad diuinam, et cælestia de sacris nostris mentes, ad caduca, & terrena reuocabimus, specie panis in conspectum exhibita, qua verum corpus Christi contineri, ut nos quidem scienter credamus, efficit diuina institutio, gratiaq; in qua nati sumus. Quibus illi orbati quom res perse fidem non faciat, restat ut nos irrideant, veluti minime possilia credamus. Nolite per deam committere, ut aboleatur sacer ille horror, quo ipsorum animi perstringuntur in bello, quom secum reputant, inituros se prælium cōtra nos, quibus adeo propitius sit deus, ut propemodum videndus nobis conim pariter inter nos versetur. Quantum de nostra deque religionis nostræ maiestate hoc facto minuetur, tantum crescat apud illos audacia, credituros subinde, ut ipsis quidem videbatur, ex specie, quam intuebatur, nos non modo in veri dei tuitione non esse, sed nec in alterius cuiuspiam. Multis modis stabilitati conuentorum caueri potest (quamuis ad fidei pignus, regium verbum satis esse deberet) aliæque inter priuatos cautiones, aliæ inter principes exhibentur. Ad extreum, relicturum se profanata castra asserebat, si eo modo rex iunre pergeret. Itaq; quom videretur tam vere, quam e religiosis eque ipsorum, quos alloquebatur vsu, et maiestate di-

xijse:

xisse: constitutum est, in confirmanda pace ut quisque proferret in medium sacrum historiam suam, quod Euā-gelium nostri, Alcoranum illi vocant: quibus ubi suę quisque dextram admouit, religiose iunitum est, conuen-ta seruata iri et sancta, atq; iniuiolata permansura. Hoc maxime modo, datis, acceptisque pacis conditionibus, quom Turci digressi essent promissa impleturi: venit a Francisco cardinali nuntius cum literis, in quibus con-tinebatur, Turcum aduersus Caramanum cum ingenti copiarum numero traiecisse in Asiam, inermiaq; & va-cua, quæ possideret omnia cis Hellespontum reliquiſe. Ab se vero cum clāſe, litoribus ubique occupatis, iam tum ademptam hosti facultatem reportandi exercitum in Europam. Non prætermittendam tantam occasionem, prope sine armis, aut certamine aliquo exterminandi, propellendique ad origines suas diram gentem, execran-damq; superstitionem. Meminisſet rex fidei ſponſionisq; principibus Christianis factę, & quā maxime fieri poſ-set, proponiret ſuos in promiſſam expeditionem educere, quando fœdenti quoque principes, quod ſuum erat, au-xilia præmiſſent. Ad ea, ſimilibus pene aſſeuerationi-bus ab Græco quoque per literis ſignificata, addebatur etiam, elatum ſe ſpe belli maiori conatu a rege, ut pollici-tus erit, renouandi, quom tentaretur a Turco de fœdere, non ſolum repudiaſſe conditionem, verum etiam hōſtilia contra ultro intuliffe, & in armis eſſe cum ſuis, ut regi ſub iſum montium deſcenſum, vel occurreret, vel alibi

Tij expe-

expectaret, si id magis ex usu fore videretur. Instandum, agendumque, dum distractus ille multiplici bello tam diuersis in locis mari terique suis adesse non posset; dum nuper cæsus, fusus, fugatusque nondum satis animum viresque collegeret, & proximis cladibus afflictus, nedum impetum, sed nec nomen quidem regium laturus videretur. Omnia per dolum fraudemq; ab omniore Turco infædere transacta. Non committendum, ut glorio-
sa initia, & recordi negligentia fædarentur, sed napien-
dam opportunitatem delende ignominie, religioni no-
stræ inustæ. Non uno, atque altero oppido, sed multis
regionibus Christiani nominis partim direptis, partim
ab execranda gente sub ditionem suam missis, Turcum
adeo festinato itinere per Helleponum copias traieci-
scere: ut verius dici posset, fugisse bellum, quod atergo affo-
re sciebat, quam profectum ad propulsandum id, quod
ex Asia nuntiabatur. Ad extreum rogabat, ne, ve-
luti sub cultro, & prædæ relinqueretur crudelissimo ho-
sti, qui proculdubio exercitum reportaturus eset in Eu-
ropam, ubi aduentus Vladislai metum deposuisset. Non
aliunde magis id discrimen, sibi imminere, quam e regijs
pollicitationibus & fide data, cui credidisset. Recitatis
vtriusq; literis in regis, ac procerum conspectu, quidam
subito quasi languor omnium animos occupauit, me-
moria eoru, que de se sperare principes Christianos ius-
fissent. Cœpitque regis, aliorumque velut oculis obuer-
sari species gratulationum, quibus tot regum populorūq;
veluti

veluti publico consensu, pauloante, tanquam Christiani nominis seruatores excepti fuissent, & pudebat, pigebatque, ob præsentem utilitatem, perpetuum decus, veluti contempsisse: secuturamque exinde ignominiam in-
tuebatur, et ut meminerint, obligatam ab se fidem Græ-
cis, Latinisque; sic ab utrisque implorata auxilia præ-
sto esse audiebant. Quæ, nisi per summum scelus, in di-
scrimine relinquere, quo ipsi pellexissent, non poterint.
Quikus adeo contrario affectu omnium fere mentes di-
stribebantur, ut qui pauloante pacem vltro elegissent,
bellum malle appareret. Et videbatur etiam quædam
quasi opportunitas, & causa concordiae repudiandæ,
quandoquidem Turcus ad constitutam diem neq; capti-
uos omnes soluerit, nec dum oppidis ciuitatibusque, qui-
bus oportuit exfædere cesserit. Itaq; Julianus apud tam
suspensos animos, desideriumq; inter, et pœnitentiam ini-
tæ concordiae fluctuantes, occasionem agendæ rei ades-
se natus, quom multis, magnisq; actionibus antea exper-
tus eset, Sanocensem persuadendi vi, & facultate velut
habere hominum mentes in potestate, conatus est sibi il-
lum adiungere in negotio pacis improbandæ, suadendi-
que instaurandum bellum. Quod quom ab eo minime im-
petniret, propterea quod ille Despoti Huniadianiq; sen-
tentiam probans, nec temere dandam fidem hosti, et da-
tam minime violandam contendebat: conuersus ipse ad
circumstantes, A fædere, inquit, de quo cum Turcis
transactum videtur, quamquam inane irritumque fore

Ipero, mallem abstinuissemus. Non quod ius, religionem
ve illius aliquam (si bellum prosequemur) violatam
intelligi oporteat, sed quia dandis, accipiendisque con-
ditionibus, bonam partem temporis prosequendae expedi-
tioni aptissimi frustri consumpsimus. Contradicuisse iam
tum ab initio; sed acclinationes animos vestros ad con-
cordiam vidi, quam, ut credere possem, oratione mea ad
rem gerendam erigi. Praeterea sciebam, haec omnia, quæ
vobis hodie nuntiata sunt, de facilitate debellandi in Europa,
Turcis implicitis detentisque bello Asiatico, fore
uti paulopost nuntiarentur: maluique expectare donec
ea crederetis alijs, quam intempestive prædicendo, com-
mittere, ut fangi a me, et per vanam spem iactari arbitra-
remini. Nunc quando, ut volui, ascenatio victoriæ
vestræ ad vos aliunde, quam a me peruenit, & ita esse,
ut scribitur, non minus, quam optabam, credere vos in-
dicat, incepti pænitentia: non gerendum ne sit bellum,
quod omnes necessarium intelligitis, si cum decoris pri-
us partis, salutem libertatemq; vestram retinere vultis,
sed liceat nec ne geri, post qualemcumq; hanc utrinque
fœderis transactionem, explicandum a me sentio. Video
enim plerosque inanibus fidei, ac fœderis nominibus su-
spensos, intus se non tam quid facere velint, quam quod
æquum sit deliberantes: quasi verba quedam inconsulta
per spem metumque mutuo iactata, nomen sanctita-
temque fœderis obtineant: quom id demum iure sit fœ-
dus, quod ab illis, quorum res est, initum, non verborum
sponsio,

sponsio, sed conuentorum expleta fides confirmauerit. *Huic neque paciscentium affuit auctoritas, neque padatorum subinde accessit executio: sed nomen tantum fœderis, & cærimonia temere iactata sunt: quæ non prius sancta sunt, quam promissa vtrix, cum fide absoluantur.* Atq; vt incipiam ab eo quod sponsionis caput esse videtur, tamdui forsan liberum regi fuerat de fœderibus, et pace cum Turcis agere, quo ad incliti huius regni viribus, & fœlicitate bellum gessit; quo ad nulla externa ope adiutus, priuato sui regni discrimine, ac sumptu publicam Christianæ rei salutem maiestatemque tutatus est: ubi vero cum alijs quoque Christianis principibus consilia totamque gerendi huius belli nationem comunicare placuit: eorundem cōsensu bellum intermitte oportuit, quorum opibus auspicijsque geri susceptum oportebat. Sed vt res tota, non secus, atq; ante adiunctam sibi aliorum principum manum, regis tantummodo fuisse: nedum fœdus cum eiusmodi hominum genere, sed nullius omnino rei commercium inire licuit, & initum non tenet iniusu pontificis maximi. *Huc adde susceptas ab hoste conditiones minime expletas esse: ex qua re, etiam si nihil aliud, omnia, quæ dicta facta ve dicuntur, inania redderentur.* Tamen quia conuentorum fides, quæ ab illis frustrata est, minime confirmauit sanctitatem re ligionemq; fœderis: intelligendum est, ab sponsione sua, si qua ea fuit, non solum absolutum regem, verum etiam, per dolum, & simulationem proposita, transactaque esse singu-

singula, ab onitoribus, qui pacem petitum ad nos vene-
 re. An si hostis initurus fuisse id fœdus, quod stabile, et
 natum vellet; si eiusmodi postulatio, & sponsio fruude o-
 mnino vacua futura erat; non habuit, quem de pace a-
 eturum mitteret alium, quam hominem lingua, genere,
 moribus, & denique, præter simulatam religionem, to-
 ta vita natione ab ipso alienum, qui nihil vere, religio-
 se, & sancte a Turcis promittere, neque, ex diuerso, sti-
 pulari posset, cæterum, cuius pacta promissaque omnia,
 si ex usu videretur, sine verecundia rejici, atque impro-
 bari librum foret? Sed et pudebat eum tam supplicis a-
 ctionis simulationem explicare per hominem suæ gentis,
 cauitque verecundiae, ne quid submisse, ne quid infra
 vulgatam animi virium, suarum magnitudinem age-
 retur a suis: et noluit regem gloriari posse supplicantem
 Turcum sibi aliquando audiuisse. Præterea, quom ta-
 ta actione multa simulanda forent, non alterius artibus
 facilius decipi nos posse arbitratus est, quam eius, qui no-
 biscum de religione paulo ante sensisset. Ut quæ per se
 non satis fidem facerent, religionis velamento inuoluta
 in animum nostrum descendarent. Cæterum si quæ pla-
 cuissent impetrata forent, cogitauit se pactis statutum; sin
 minus, simulatione concordie se id saltem cōmodum per-
 cepturum, ut ad gerendum bellum posset sibi interim con-
 sulere. Quæ ita esse iudicat frustratus terminus eorum
 omnium, quæ per fœdus ab ipso fieri oportebat. Scio
 Despoti, sed in primis Huniadiani, tantam esse rerum
 hostili-

hostilium peritiam, tantum experimentum, ut nefas sit dicere, non omnia sic se habere, ut sit eis persuasum. Sed illum, cupiditatem simul liberorum filiorum, simul recipiendi amissum decus, et fortunas; hunc vero dissidentiam auxilijs a socijs belli affuturi, adegit crediderim, ut non tam acriter, quam poterant, animum intenderent, & blandis pollicitis dissimulatam fraudem statim non deprehenderent. Ceterum non debet cuiusquam gratia, aut auctoritas apud animum vestrum plus valere, quam veritas: quom intelligatis, tali fædere neminem teneri, vel quod sine auctoritate iustum, vel quod per fraudem ab hoste, minime impletis conditionibus, sit disolutum. Sed ut omnia legitime a rege, nihil insidiose ab hoste actum constaret: meminiſe fidei debetis, quam Christianis vocatis, admissisque in partem belli, pauloprius quam Turcis obstrinxisse vos constat. Et quom delibera-
tio vestra ijs angustijs inclusa sit, ut data fides minime possit utring subsistere, sintque alterutri deserendi: neminem dubitare conuenit, quin eo quisque potius vobis sit seruandus, quo arctiore coniunctione vos contingit. Porro quid vobis cum hoc genere hostium conuenit, a quibus professione, moribus, totiusque ritæ instituto, actione distatis? Quid cum Christianis non coniunctissimum est? Atque, ut omittamus communia immortalitatis initia, fana, sacrificia, sepulchri eadem, tum cærimonias, & sacrorum ritus, quibus animi vestri multo arctiori necessitudine inter se coniuncti sunt, quam si na-

tura ipsa, ijsdem parentibus orta corpori coniunxit: nonne qui paulo ante in Hellestontum classem suam misere pro salute, pro gloria vestra, comunicando vobis cum vires, suscipiendoque bellum una gerendi negotium, indissolubili omnino vinculo vos sibi deuinxere, quodque nisi per eternam labem, atq; infamiam ingratorum animorum, violare non possitis? Atq; ideo (quom ex parte alteri ij sint, qui ad humana diuinaque omnia, quae vobis cum habent communia, addidere recentissimum beneficium submissorum vobis auxiliorum, quique, ut nulla noua sponsio intercedat, tot humanis diuinisque propinquitatibus vos contingunt, ut sine inexplibili scelere deseriri nequeant; ex altera vero hostis immanis, perfidus, qui non per bellum tantummodo a vobis discrepat, sed religiones alias cultusq; diuinos professus, omnia que vobis sacra sunt, veluti profana contemnat, & si possit, violet, cuique nec dari fides potuit, absque nefario crimen, nec, postquam data creditur, potest sine grauiori culpa seruari) non debet esse magna deliberaatio, cum hoc ne, an cum illis conuenta sint exequenda. Si perseveratur in susceppta concordia, praeterquam quod elusi estis, frustratis ex parte alteri conditionibus, contaminati inexplibili facinore, amissaque gloria priore bello parta, sub quotidiana bonorum omnium execratione infamem vitam agetis: sin vero, quod per se etiam vanum irritumque est, repudiato impio fædere, bene de vobis meritis aderitis eo in discrimine, in quod per vos adductos.

non ignoratis: ad securitatem, qua subinde vestm possidebitis, cum immortali gloria, non modo ea, de quibus in concordia mentio est, sed cætera omnia, quæ a dira gente possidentur, in Europa recuperabitis. De cuius rei facilitate dicerem, nisi perpendarem, satis per litem suas persuasissimè vobis Græcum imperatorem, & Franciscum cardinalem: quorum auctoritas in eo tanto grauior sit oportet, quanto propinquiores sunt hosti, & iudicant ex re præsenti. Sed & maior trepidatio hostis, quam ut satius ab ipsius oratore dissimularetur, supra omnem orationem, stimulare vos debet ad occasionem vestram capescendam. Quam si prætermittetis, cogemini tandem postea despecti, ac destituti ab omnibus (dubium dedecore, an periculo maiore) intra fines vestros eam dimicacionem subire, cui vos impares esse, implorando externa auxilia iampridem profitemini. Ad hæc, multa de iure pontificio, deg, illius potestate, ac vi præfatus, subdidit tandem, p̄tificis sc̄e maximi auctoritate id fœdus, qualecumque esset, rescindere, & abrogare, regemque, & cæteros, quorum intererat, a iunctamento, & sponsione, quam Turcis fecerint absoluere. Adeo a paucis Iuliani oratio non est probata, ut ex concione tota exaudiretur fremitus depositum bellum, afferentiumq, succurrendum esse ijs, quos in bellum societatem attrinxissent: quando non aliam ob causam periclitarentur, quam quod armati concurrerant ad propulsanda pericula, propter quæ Hungari simul, et Poloni paulo ante coacti fuerant, ipsos im-

Vij plonare

plonare. Fortunarum omnium potius, ac vitæ iactunam
 faciendam, quam fidei fidelibus obligatæ. Pertinere id
 non ad famam solum, spemque de se apud cæteros Chri-
 stianos excitatam, sed ad conseruationem etiam, & tu-
 telam rerum suarum. Et ut nihil aliud stimularet, sa-
 tius pro religione honeste occumbere, quam, deserta illa,
 & prodita, deoque, & hominibus violatis infensisque,
 indecomum vitam extrahere. Decreta itaq; fæderis, ac
 pacis abrogatio, & ut cum Christianis alijs suscepta ex-
 peditio continuaretur. Cui sententiæ nec Despotus qui-
 dem, aut Huniadianus tandem fortiter obsistebant; il-
 le inuitatus facilitate, quæ in debellando apparebat, hic
 regia sponsione pellectus: quom Vladislauis promisisset ei
 Bulgariae regnum post victoriam, & literis, quibus id
 continebatur, etiam quorundam procerum subscriptione
 firmatas ei in fidem dedisset. Decretum igitur, quod e-
 rat contra pacem, promulgatum, Francisco cardinali ad
 classem misum, simulque Græco imperatori, et principi-
 bus cæteris, ad quos initi cum Turco fæderis iampridem
 fama peruaserat. Raro alias Poloni tam lætum nunci-
 um acceperant, quam, ubi intellexerunt, regem de pace
 cum Turco transgisse. Nam quom Casimirus, indicto
 Masouij bello, totis Lituanorum viribus Droicinum
 oppugnaret, Masouijque, iunctis pene castris, ex diuer-
 so in armis starent: non tam virium inter utrosq; discri-
 men apparebat, quam suspicio erat, si committi prælrium
 continget, magnam partem copiarum Casimiri defe-
 cturam

Etum ad Michaelem, Sigismundi ducis pauloante in-
 terfecti filium, qui apud Boleslaum inter Masouios mi-
 litabat. Ingens spes animos ipsorum cuperat, regem ab
 ea pacificatione in Poloniam subito, id quod maxime cu-
 piebant, profecturum. Anxij enim inter Boleslaum
 Casimirumq; de euentu, sperabant, interuentum regis id
 bellum dirempturum, & ab armis partes vtrinq; absces-
 sunis. Quom enim tam Lituani, quam Masouij sub tu-
 tela regis agitarent: Polonis, neutros vinci expediebat.
 Itaque ubi dissolutum fœdus accepere: iterum conser-
 nati animo, ut consilium caperent, ad Petricouiam con-
 uenere. Ibi Vladislauensis episcopus, et Ioannes Pilsa-
 nius designati oratores in Hungariam: qui præmonitum
 regempactionis, ac fidei etiam hosti seruande, suaden-
 do agendoque animarent, ad paternum regnum reuisen-
 dum, in quo multa, eo absente, essent perturbata, sed in-
 primis, ad sedandum bellum, quo a Lituanis Masouia
 premebatur. Præsens erat Vladislauis Casimiri motum,
 & futurum conuentum Polonorum; atque ideo, ne quid
 exinde nuntiaretur sibi, quod parum conduceret rebus,
 quas panibat, vtque sui cordi se ei esse intelligeret, misit
 illio in Poloniam Ioannem Gruscinensem, qui diceret,
 regem nullomodo, salua famæ verecundia, posse suscep-
 ptam denuo expeditionem intermittere, statimque motu-
 rum Segedino. Cogi necessario illis adesse, quos, in bel-
 lum, implorando, attraxisset. Cæterum, excitis, pan-
 tisq; tot maximorum principum auxilijs, victoriam pa-

ritam esse de ea gente, quam superiore anno, pauca admodum Volonis cruce signatis adiutus, fudisset, fugassetque, & quam, nisi hiemis montiumque asperitas nubibus, ac speluncis abditam, victoriae sue subtraxisset, omnino subegisset. Inter redeundum, quod, propitio deo, breui futurum esset, conuersurum se iter in Poloniam. Interim viderent ipsi, ne quid detrimenti regnum caperet, in primisque Boleslao duci adesent, contra Lituorum conatus. Ea significatio, quia praeter spem venenat, gratissima Polonis fuit, perfecitque, ut rex videtur esse tam sollicitus de quiete, & statu regni, quam ipse volebant. Sed intercepta est exinde causa mittendae in Hungariam legationis, atq; ideo singula, quae regi domi, forisque ex vsu fore credebant, per epistolas significauerc. Interea (licet minime seruata die) Turcus loca omnia, de quibus infædere cauebatur, praesidijs suis evacuata iustis dominis restituerat, solutis etiam magno numero captiuis, dimissisque cum Despoti filijs. Vladislauus autem, licet æger animo, quasi euentum presagiret, stimulante Iuliano, undecimo Kalendas Octobris, ut constitutum fuerit, mouit Segedino, sed copijs aliquanto paucioribus, quam anno superiore. Nam et Volonum minor numerus accurrenat, propter vulgatum fœdus cum Turcis, & multi etiam, inter agendum de concordia, dimissi Poloni, & Valachi, quos futura pax parum necessarios redditum videbatur. Ubi ad Orsauam peruentum, pridie Nonas Nouembres, Danubium cum suis tra-

*suis traeccit, expositoque in Bulgaria exercitu primo ad Florentinum, deinde ad Bidinum progressus, licet & in-
dique circa iter oppida plenq[ue] arcesque, Turcorum præ-
sidij tenerentur; non ad prædam milites discurrere, nō
hostibus insultare, non bellicæ quicquam cladis inferre
agris patiebatur. Constituerat enim minime tempus, aut
vires suas præconsumere expugnandis munitionibus,
serendisq[ue] certaminibus, prius quam coniungeret se cum
naualibus copijs ad Hellestantum. Atq[ue] ideo ne in pla-
nis, et apertis locis, vel inuitus pugnare cogeretur: quom
duæ ad Gallipolim viæ ducerent, altem per extremam
Thraciæ oram, qua Macedoniae coniungitur, campe-
stris, et breuior inter Rhodopem, ac Bistoniam paludem:
qua si progredi voluisse, currus relinquere oportebat,
propter viæ difficultatem in Aemum rectâ transcen-
do; altem vero, per inferiora Bulgariae, prius ad solis
ortum, deinde prope Pontum ad meridiem per Thraciæ,
ut obliqua, ita longior, sed per quam (licet montanam
in plerisque locis, & salebrosum) currus tamen haud æ-
gerrime euaderent: maluit illac exercitum circumage-
re, quam se nudare curruum munimentis: quibus septus
contra hostiles impetus, se ac suos facile tueri poterat, &
quam maxime integris copijs Gallipolim peruenire. Con-
uersus itaque in Pontum inter Danubium, atq[ue] Aemum
haud magnis, sed continuis itineribus ad institutum fe-
stinabat. Ubi vero ventum est ad Nicopolim Bulgaro-
rum metropolim, cuius yrbis pars altera a Danubio ab-
luitur,*

luitur, altera in collem erecta est: quia fama erat, totius regionis duitias illuc comportatas, miles cohiberi non potuit, quin per suburbana discurrens ad prædam, etiam in ipsas portas faceret impressionem. Quidquid ædificiorum circumadiacebat direptum incensumq;. Quom vero portæ, ac mœnia strenue defenserentur: a prosequenda oppugnatione iussum est abstineri. Cæterū quia, quantum fert regio, vberes circum campi, & colles, videbantur affatim necessaria suppeditaturi, reficiendis militibus, iumentisque, biduum triduum ve illuc persecuere placuit. In eo loco percensenti suos regi, & cveluti totius belli apparatum recognoscendi, dum miles non tam se reficit, quam studiose præparant omnia, quæ opportuna fore credebat, ad viam & natura sua magis difficultem, propter angustias salebrosiores; & propter frequentiam præsidiorum hostilium in oppidis, castellisque vndique imminentibus multo maioris discriminis, occurrit, nunquam sine præfatione magni, et fortissimi imperatoris nominandus, Vladislau Dracula Valachiae, quam Montanam vocant, princeps. Qui quom iam pridem pacem a Turco accepisset, factum suum in necessitatem reiecit: quod haud numerosissimæ gentis princeps, nullaque externa ope adiutus, bellum Christianis simul omnibus intolerabile, sustinuisse, magnitudine animi, & virtute suorum, diutius quam sperari de tam imparibus viribus posset; plusq; ab se interim hominum amissum, quam agris suis frequentandis colendisq; supercesset, quom euentus quo-

tus quotidie admoneret, contra hostium multitudinem, paucorum suorum virtutem magis admirandam esse, quam efficacem. Tandem eo peruentum fuisse, non ut in seruitutem venire oporteret, quae forsitan tolerabilis, modo aqua, sit, & contigisset antea multis, magnisque populis, & nationibus, sed ut cum patria, & laribus familiaribus, cum altrice terra, & caelo relinquenda essent sacra, religiones, aræ, degenerandumq; in obscenos mores, ritusque impiarum superstitionum, nisi conditionem accepisset, per quam, citra profanationem diuinorum humorumque omnium, reliquias suorum seruaret in occasionem dignam, in qua tanta virtus periclitaretur. Ad hæc cum eorum, qui regem sequebantur paucitatem animaduertisset: rogare obtestarique cœpit, ut retro iter verteret: se malis suis satis superque doctum, quanta esset Turci potentia: qui ad venatione propemodum, plures seruos producere solitus esset, quam illic ad bellum armati conuenissent. Abstinendum omnino a tam audaci, periculosoq; incepto, communicandaque consilia, & nationes, quo pacto res æquis viribus geri posset. Interea nihil salubrius, quam in occasionem meliorem eas copias conseruare. Quæ etiam si sufficerent bello, quod tunc cum hostibus esset gerendum, cæteraque omnia votis responderent: tamen eo tempore productæ, instantis hemic tempestate, et malis omnino essent succubitæ. Audiebantur ea, tanquam Dracula non ex animi sententia loqueretur, propter fædus, quod illi cum Turcis erat.

Tamen, re ipsa per se fidem faciente, moti sunt complures: nec tantum suspicio simulatae ab illo orationis, quantum re veritas urgebat. Cæterum, rapiente regem fato ad destinatum propinquumq; iam finem, Lulianog; ad superioris anni fortunam, identidem iactante, Nusquam stringendum fore gladium, vacua omnia defensoribus reperturos: Amoratum cum suis trans Hellestrotum vix Caramani impetum sustinere: neque posse, etiam ut ociosus a bello esset, propter Venetorum, Burgundique, & pontificis classem, suppetias suis ferre; Græcum præterea, cum non mediocribus copijs, sub ipsis montibus occursum: Draculæ quidem officium, ac sermonem magno assensu omnes commendabant, veluti benignæ in se voluntatis testimonium: nec mirum de eorum victoria despenare, ignorantem, quo appanatu, quibusque auxilijs freti pergerent ire ad bellum. Cæterum nullo modo, eas sibi ut diceret, in mentem venturum fuisse, si sciuisset, quanta classis, quantisque Italorum, Burgundionumque copijs instructa, quam multi etiam equites, peditesque Græcorum in armis eos prestolarentur. Non regem, non suos adeo inconsideritæ audacie esse, ut bellum, quod confidere non possent, ultrò inferrent: bono esset animo: Quantum ad vires attineret, satis prouisa esse omnia, et præparata: fœlicitatem, deum ipsum, cuius causa ageretur, et præbuisse antea, et in posterum præbiturum. Conuersus itaq; rursus ad regem Dracula: Quando, inquit, aut fortuna, que audientem magna quæque, nusquam hacte-

bactenus te decepit, aut sp̄es alienæ opis, quam ratam velim, aut occulta fatorum necessitas in diuersum te trahit a sententia mea: consilium tuum, quod nitione immutare non potui, quantum tempus, et improuisa res finit, viribus adiuabo: Et cum dicto quatuor millia equitum, duce filio suo, copijs regijs adiecit, orans, obtestansq; immortalem deum, ut quicquid rex cæteriq; de belli totius successu animis suis promitteret, fœlicissimo euentu confirmaret. Ad extremum dimisurus regem, duos ex suis impigerrimos iuuenes, regionisque, Et viarum peritissimos, duosq; item equos in usitate admirandeque perniciatis in conspectum dedit, Et vix lacrymis temperans: *Habes*, inquit, quo confugias, si casus aliquis mala ve sors (quod abominor dicere) viribus te diffidere coegerit. Malim equidem fore, ut frustra dederim, si vota, Et preces meæ non vanæ erunt. Verum si necessitas uti coegerit, saluberrimum munus experieris. Utile sane consilium Dracula attulerat, si tam fideliter auditum, seruatumque fuisset, quam dabatur. Vulgatum est postea, virum ingentis spiritus, natumq; ad bellicas actiones, ubi apparatum Burgundi, Italorumq; perceperit, varie, ac multum secum agitasse, inter pœnitentiam fidei Turco perfœdus datæ, et religionem eius violandæ, propter euentum, et futurum hominum famam, siue ad tam gloriosam expeditionem cum Vladislao progrederetur, siue remaneret: plusq; omnino valitulum fuisse apud militare ingenium belli decus, quam laudem seruatæ fi-

dei: sed suapte natura ominibus, diuinationibusq; quibus-
cunq; obnoxium, muliebre vaticinium retinuit. Pridie
enim quam in regia castris peruenenit, Phœbus mulier
Bulgara, senio quidem confecta, sed cognitione futuro-
rum multis experimentis clara, ad vicum Sullonum de
exitu, & fine belli ab ipso interrogata predixerat: Re-
gem haud facili euentu pugnaturum, plusque momenti
contra cum hostem profligati exercitus reliquias habitu-
mis: foreq; subinde, ut res fœlicius gererentur. Atq; ideo
in se, ac suos vaticinium deriuare volens, prosperioribus-
que actionibus superesse, periculo, quod in præsens nun-
tiabatur fertur, se subtraxisse: filiū vero quom a se dimit-
teret, magnopere monuisse, ne fortunæ obluctaretur te-
mere in acie, si res Christiana inclinaret. Conuerit de-
inde Vladislauis se in Thraciam, ingentemque multitu-
dinem fluuialium scapharum in Pamiso amne comper-
tam incendit. Oritur autem Pamisus in monte Aemo,
& inter Messembriam, Odessumque Euxino illabitur.
Creditum vero ciusmodi nauigia, infestandæ Hunga-
riæ gratia, illic a Turcis præparata, ut demissa in Pon-
tum, per occasionem tranquilli maris, iuxta litus sursum
agerentur in Danubium: cuius maxime meridionale
ostium haud plus triginta millibus passuum distat ab O-
desso. Ab eo incendio, qua placidiorem ascensum Ae-
mum ad se dabant, erecturus agmen, quia via vtique an-
gusta, & confusogosa, diuisit copias, ut contra improvisoſ
hostium incurſus firmior esset, & paratior. Huniadiano
joitur

igitur cum auxiliaribus Valachis, & tribus Hungarorum millibus præmisso, sequebatur ipse magno interuallo cum cruce signatis, reliquaque multitudine: nam currus in medio agi placuerat, tam præcedentis, quam subsequentis agminis præsidio tutos. Inter progrediendum, ne quid at ergo relinquetur, quod muniri in locis adeo angustis posset, nonnulla oppida hinc inde direpta, et prope funditus diruta: vici complures incendio deleti: gnissatumque est a militibus per summam licentiam etiam in sacra Bulgarorum, Græcorumq., quorum templa, veluti profana, manu, ferro, igne, cæteroq., omnium sceleurum instrumento, violabant. Id vero impium (ut certe erit) visum Vladislao. Edixit itaq., vulgo inquireti, ac restitui desiderantibus, quicquid religione iniuolatum esse oportuerat; nullius magis, quam ipsorum interesse assuerans, abstinere manus a sacrâ, pro quibus arma sumpsissent. Multum quidem in armis reponendum esse, sed in deo plurimum. Qui postmodum in bello non modo opem non latus erat contaminatis sacrilegio, sed etiam pro templis, pro aris, pro sacrâ suis contristatus, nisi a tam execrabili ripina abstinuissent. Dimissi exinde nonnulli ex captiuis Turcis cum literis in quibus spondebatur omnibus, qui ex presidijs suis elaberentur, liberum fore, aut stipedia facere apud regem, aut abire quo malent. Cuius sponsionis fides est integerrime seruata, quom multa loca in ditionem venissent, quæ acerrime prius defendebantur: timentibus Turcis, qui in illis e-

mitt aut iniquam seruitutem, aut mortem cum crucia-
tu. Qui tum Sumium, ac Pesechium tenebant in rupibus
paulo editioribus, freti naturali locorum munitione, ma-
lucre experiri quid se tuendo possent, quam se fidei hosti-
um credere. Controlos, quia, propter opportunitatem
situs, apparebat posse ab hoste facile redditum precludi,
si casus aliquis necessario illac redire cogisset: visum est
omnibus, vim oppugnando experiri. Itaq; non sine multo-
rum clade, quom difficultas nitendi sursum, longe plus
negocij, quam hostis armato militi exhiberet, vtrumque
oppidum expugnatum. In ea Victoria multorum indu-
stria, multorum opera claruit, sed in primis Tarnouij Io-
annis, et Lesconis Bobricij: quorum ille, dum portas re-
fringit, duo vulnem accepit, hic Pesechij murum primus
ascendit, et multis alijs ascendendi opportunitatem præ-
buit. Ferunt ad quinque millia ex hostibus illic interi-
isse, quorum magnam partem, dum præda diriperetur
gladius absumpsit. Cæteri ad terrorem aliorum, e rupi-
bus, per quas se tutos putabant, præcipites acti. Dum
haec a rege agerentur, afferuntur Francisci cardinalis
literæ, nuntiantes Amonitum, aut elusis arte, aut corru-
ptis pretio speculatoribus, qui litona seruabat, infra Gal-
lipolim, qua fauces Hellestanti arctissimæ sunt, ingen-
ti multitudine militem reportasse in Europam, & con-
iunxiſe cum suis, qui nō procul ab Isthmo Thracij Cher-
rhonesi haud sane memoribili numero pauloante se con-
gregauerant. Qua re cognita, regis deliberationem im-
mutari

mutari oportuit: præsertim quod plurimi ex suis horribantur regredi, aut saltē in tuto alicubi subsistere, donec certus numerus hostium, et quo se primum conuerterent intelligeretur. Tamen a Pesechio, ubi facile per montana munire tuerique se poterat, rex in planum descendit, adeo est ineuitabile quicquid id est, quod fatum appellatur. Deinde obliquam in Rhodopem vallem bi-duo emensus, ad Pontum rursus sinistrorum sub Aemū declinavit, decimisq; castris Cauarnam asecutus in ditionem accepit. Turci enim qui illic fuerant in præsidio, auditis, quæ per eos dies ad Pesechium, ac Sumium gesta erant, aduentum regis minime expectauerunt. Eodemque modo Macropolis, Callacrium, Galata, Varna, & plenique alia circum litus oppida deserta ab hostibus, recepta sunt, et Christianorum firmata præsidij. Aemus initium capit fere a Messembria, perpetuoque dorso ad Macedoniam, et superiorem Moesiam porræctus, diuersis in locis ab utroque latere, velut cubitos, genuaq; modice extendit. Et primo quidem non admodum longe ab origine sua in dextram reflexus, atq; in Pontum recurrens, paulatim in minori iuga decrescit, donec per colles modice tumentes, tandemq; euanidos, desinat in planitatem. In eotactu, pro natura loci, plurimæ quidem sunt valles, agrestes partim, & infæcundæ, partim pecoriibus hominibusque alienis & natura fertiles, & accolam diligentia more suo constitæ, ac subactæ. Earum nonnullæ vndiq; intus colles clausæ, aliæ ad mare conuerse

uerse litoribus excipiuntur. Sed in primis illa, quæ Var
 næ adiacet, humana cura, & quantum fert regio, na
 turali situ amœna est, & spectabilis. Varna vero ipsa in
 sinu angusto, et haud sane profundo admittendis feren
 disque nauigij grauioribus, posita est ad litus inter duo
 promontoria. In quorum altero Galata, in altero Ma
 cropolis sita. Litoria omnia circa oppidum, vineta, fru
 giferæque aliæ arbores tenent. Interiora vallis ad dex
 tram modicis, infrequentibusque vicis agrestes tum ba
 bitant, tum colunt. In sinistra, qua eminet Galata, pa
 laustris est sub collibus lacuna, quæ ad occasum, in alte
 rum usque vallem, restagnanti unda protenditur. Inui
 tante igitur non tam loci opportunitate, propterea quod
 aquatio lignatioq, & cæteræ necessaria in promptu mi
 liti erant, quam valetudine regis, cuius in sinistro crure,
 qua femori committitur, enatus furunculus inflam
 mationem doloremque maiorem, quam pro magnitudi
 ne tumoris, excitasset: visum est illic subsistere, adhibi
 tisque fomentis, expectare, donec id ulceris in pus ver
 teret, atque exiret; quo sumendis tractandisq, equo ar
 mis subinde rex foret expeditior, si quid violentum in
 itinere casus attulisset. Interea Tûrci ab Isthmo Hadri
 anopolim profecti, qua hostis aduentare nuntiabatur, ci
 tato agmine obuiam prodeunt, & septimo tandem die,
 haud amplius quatuor millibus passuum a castris regijs
 confedere. Quorum aduentum & speculatores nuntia
 bant, et nocturni ignes, quamuis collum interruerent pro
 spectui

Speculi eriperentur. Tamen sereno cœlo, cum luna a co-
itu modici luminis adhuc esset, nox sic ea ex parte inal-
bescebat, ut non propinquitas modo, sed etiam multitu-
do ipsorum indicaretur. Duplicatae igitur vigiliae, no-
cturnæque stationes toto exercitu, edictumque ut arma
expedirentur. Ubi autem lux appetere visa est, Hu-
niadianus, Julianusque, & Despotus cum cæteris, quo-
rum aut consiliū, aut auctoritas requirebatur, frequen-
tes ad regem cocunt, cæptaq; est consultatio super futuro
certamine. Iuliano muniri castra intra currus placebat,
dispositis circum machinis, tormentisq; quorum aut fri-
gor terreret, aut impetus arceret hostem, si munitionibus
insultare voluisse. Nihil prius in aperto aggrediendum,
quam præcognitæ, prætentatæq; essent hostium vires :
verisimile videri maritimæ copias, quarum nullus iam
vus in clæse esset, secuturas a tergo Turcos, datusq;
openam ut aut coniungerent se suis, aut distraherent ho-
stem, ex parte altera lacesendo. In eoque omne momen-
tum rationemq; vincendi reponebat. Quam sententiam
Franco Banus, Agriensisq; episcopus, et plerique alij ex
Hungarîs, & Poloniis sequehantur, rege non tam pro-
bante, quam non reprehendente dimicationis monum :
quom lenito interim dolore, quo forte eo die grauius quā
unquam alias premebatur, sphenaret fore, ut suis inte-
ger adesse posset. Huniadianus vero, & Despotus præ-
posterum id dicebant: includi enim vallo, non esse infe-
rentium ulro bellum, sed ultimum perfugium eorum,

qui essent acie vici. Quod consilium, si rogaretur, hostem aliud daturum, quam ut, positis armis, obsidendo se tradarent? Omnia rerum (sed in primis bellorum) exitum, a principio auspicari: prout primus congressus foret, ita toto bello aut audaciam, aut formidinem hos, vel illos in aciem afferre. Atque ideo nullum trepidationis signum aut suis, aut hostibus indicandum esse. In celeritate transigendae rei salutem consistere: agendo, audendoque id genus hostium terreri, non artibus. Quid futurum, si clausos munitionibus Turci circumstetissent, neque pugnandi copiam facerent, quom tolerande illuc obsidioni nihil omnino foret præpanatum? Nam quod de naualibus copijs diceretur, ridiculum omnino esse. Quo enim gentium visum, auditum ve aliquando, mediterranea bella, classiarijs peditibus geri, quorum non alius versus in terra esse posset, quam equitum in mari. Quibusq; suas artes, suamq; esse disciplinam; eaque in re valere quosq; plurimum, ad quam studium exercitationemque adhibuissent. Quod si etiam, contra institutum, et certum suum munus, de classe descenderent: præter quam quod vix poscent, nisi per longum tempus, tam longum terræ spatium peditibus emetiri: ad terrestre certamen, contra equites in peditatu, eodemq; naualibus armis instructo, paruum omnino, aut potius nullum usum fore: atque ideo et serum, et vanum esse, quicquid e classe subsidijs speneretur. In qua si quid momenti esse posset terrestribus pugnis committendis, totum impensum in id oportuisse,

ut post-

ut postquam hostis in Europam transfretaret, saltē circa litora retineretur, dum rex eo peruenisset. Omisa innani spe, proculdum in aciem contra eundem illum hostem, quem ad satietatem superiore anno fugassent concidissentque: qui trepidus confususque animo incepitare omnia, et in nullo persistet; sed modo in Asiam, modo in Europam se transferens, temere ad minimum quenque famæ strepitum, per sollicitudinem, & terrem se circumferret. Non quam multi ex diuerso essent referre, sed quo animo, & audacia. Quantumlibet innumerabiles, in prælium nihil aliud allatueros, quam qui victi essent conscientiam, et formidinem. Non assuefacti milites tuendis se vallo, & curribus, quæ diffidentium armis præsidia sint, quorumque ut nullus usus euenerat, in primis adeo sit expetendum, tunc quando integrum sit aut vi atq; armis hostem inuadere, aut imbellis multitudinis more, septis, ac munitionibus se includere. Flagitiosissimum fore, viros fortes plus in curribus, & vallo, quam in armis ad se tuendum præsidij positum credidisse. Intelligebat Huniadianus ultimi rem discriminis esse, quam suadebat: sed maioris animi viro, qua ut ferre posset obsecorum tædia monasq; dum vinceret, quom coventum appareret, ut neq; progredi, neq; regredi, nisi victores possent, promptissimam ad victoriam viam aggredi placebat, militemque tum proximi anni fælicitate, tum rebus per eos dies profere gestis, alacrem, antequam casus aliquis animos, spemq; ipsius refringe-

Y ij ret, quam

ret, quam celerrime ad pugnam producere gestiebat. Sed etiam ut vim hostium non sustinuissent: integrum fore videbatur, quid vallo, & curribus tuendo se possent, experiri. Mouerat cunctos Despoti, & Huniadiani sententia, rexque ipse, supra dolorem iuueniliter elato animo, nullam pugnandi moram ultra latus videbatur, quom trepide speculatores nuntiant, armari hostes, atq; ad inuadenda castra animis præpaniri. Itaq; dato Huniadiano instruendi aciem negotio, cæteri ad suos quisq; ordines aduolant. Ille ante omnia circumspectis locis, per quæ aut aperte insultare, aut clam erumpere adueniens hostis posset; ne quid discriminis oboriretur per insidias a tergo: ex valle, in quam refundi lacunam diximus, inter colles, et palustria, fauces, per quas erumpendum erat sic præclusit, curribus retroactis, ut facile ad eos receptus foret a loco pugnæ destinatos; a tergo autem, minime vlla vis timeri posset, obstructo aditu, & conuersis illuc machinis, tormentisque, aut terrendis hostibus, auertendisque eminus, aut obterendis, si cominus insultarent. Deinde aciebus ordinandis, medianam vallem regi tuendam cum curialibus Polonis, atque Hungariorum assignauit. Penes lacum, ad paludem, unde minus timoris erat, tum quia palus per se imperuia, tum quia prærupti montes desuper impenderent, quinque tantum vexilla Hungarorum collocauit. Dextrum vero latus, qua Varna castris obiecta erat, reliquo robore exercitus firmandum nitus, cum, propter accessionem, qui inter litus paludemque

paludemque patet, quicquid laboris, ac discriminis futurum erit, veterum inde apparcret, vexillum magnum Hungarorum ducibus Franco Bano, Agriensisque episcopo illic potissimum statuit, Despotumque cum suis, & Julianum cum crucesignatis, illorum ordinibus inseruit. Nec procul a tergo penes curru, & munitiones, veluti subsidiariam aciem, constituit vexillum diui Ladislai sub Vandensi episcopo, adiecto ei Lescone Bobrio, cum parua manu Polonorum: sibi autem cum Valachis nullum certum locum designauit, ut minime turbatis ordinibus, quocunq; res, & periculum vocaret, accurreret, & nullum destinatum locum tuendo, omnia tueretur. Amonatus autem cum peditibus, reliquoque equitatu subsequens, præmisserat expeditissimorum equitum circiter sex millia, qui a principio minime se apertis locis committentes, hostium vires magis inspicerent, quam tentarent. Ostendere itaq; se illi primum ad dextram in collibus, unde totum exercitum, ordinemq; facile æstimare possent. Cæterum seu pugnae audi, seu Christianorum paucitate contempta, ex interuallo sagittis hostem irritabant. Sed quom Franco Agriensisque suos continerent, ne fracto per acclivium primo impetu, lagundi ad hostem in collem peruenirent: Turci timorem id natu, paulatim descendere in æqua, inq; ipsos ordines impressionem facere cœperunt. Tum Franco id vero minime ferendum præfatus, hostes scilicet qui, paucis ante diebus, suppliciter pacem petendo, ad decertandum ferro, nullum eſe

in se momentum confessi forent, quicq; superiori anno toties ex acie fugissent, & scopulorum inuijs latebris veluti precariam vitam deberent, vltro victoribus insultare: signum dedit suis identidem iactans, ut virtutis fœlicitatisque suæ memores in aciem prodirent. Non sustinuit irruentes Turcus, retroq; per acclivium collem versus, celeritate equorum se vulneribus eripiebat. Superuenit interim reliqua equitatus multitudo, cuius pars in desinentem iam vallem se recipit, pars inuecta in regios subeuntes cliuum deturbat eos, agitque in præceps. Illi rursus in plano congregati aciem restituunt, pugnandoq; acriter, quantum hostium ex collibus in æqua descendebat per vallem ipsam, in fugam vertunt, atq; insequuntur. Itaq; Varidiensis non tam militarium artium, quam sacrorum peritus, quom videret terga dari a Turcis: relicta iampridem statione sua, cum magna militum manu, veluti ad partam victoriam accurrit, fugientibusq; instando temere, una cum Despoto, & Agriensi peruenierat ad confertissimū agmen in postremam partem vallis, vnde a multitudine reiecti in sinistram, Despots qui dem ad ordines suorum, qui pauci adhuc stabat, se trans tulit; Varidiensis autem eadem locorum inscitia, qua acies turbauerat, per paludem ad montes euasurum se nitus, in aquam se immisit, fœdaque equi, ac sua luctatione diu prius in cœno vexatus, tandem summersus est. Agriensis ad lacunam circumiectus Galatam petere instituerat, mox tamen mutato consilio, ad suos in pugnam redijt,

reddijt, nec postea usquam comparuit. Processerat vin-
cendo Turcus iam ad diui Ladislai vexillum. Nam De-
spotus cum Frinco, & Iuliano, superabundante hostium
multitudine, a collibus, ultra quam ferri posset, cum suis
retro ad munitiones cesserant. Ibi diu anticipi Marte
pugnatum. Sed ubi Lescio, qui audendo hortandoq; cer-
tamen extruxerat, multis vulneribus confosus moribun-
dus ex equo cecidit, haud dubie res Turcorum superior
babebatur, nec iam milites tantum, sed currus etiam op-
pugnabantur. Quorū nonnullos impetu primo euersos ut
diripi rex vidit, cum Huniadiano propere illuc conten-
dit, ne, quod aduersæ pugnæ vnicum præsidium suis fu-
turum erat, ab hoste præriperetur. Eius aduentu fortu-
na subito mutata est. Versi enim in fugam Turci ultra
duo millia passuum cæsi fugatique sunt, tantus erat ar-
dor insequentis a tergo regis. Qui, reuocante impensis
Huniadiano, tandem, omissis fugientibus, rursus Iulia-
no, & Franco labomintibus auxilio accurrit. Redinteg-
rauerant enim prælium Turci, ex tota illuc valle con-
uersi. Superuentu regis acrius iterum certamen utring;
exortum, variaque adhortatio: hinc, sacra, religiones,
aræ, templa, victoriae cum decoris prius partis, fœdeq;
hostium fugæ, gratulationes præterea, & laudes a tot
principibus nationibusq; adeptæ, ad extremum Christianæ
rei spes ab eius diei fortuna pendentes iactabantur:
illinc non tam imperij, quam etiam nominis Turcici fi-
nis, nisi vincerent, ostendebatur. Asiam, & mare illi
obiectum

obiectum ab hostibus teneri. Quæ in Europa ad id locorum habuissent, in euentu eius pugnæ periclitari. Non fore, quo recupererentur victi. Quacunque declinassent, mortem cruciatumque iam pridem præparatum incursum. Ad necessitatem pugnandi accedere, quod non tantum viribus, & numero, sed causa etiam superiores essent. Nam contra ius fasque, sc̄e, per speciem pacis lassitos. Insisterent acriter: deum fæderis testem, formidinem fugamque, & cædem in pacis fideique violatores conuersurum. Cæterum non segnioribus animis viribusque pugnantibus militibus, quare duces adhortabantur, magna vtrinque cædes edebatur. Sed ingens Turcorum numerus suorum strigem sentiri non sinebat, stetitque diu aneps prælum: tandem ab illis fuga incepta, multo cruentior fuisset, si non a cæde ad prædam Christianos auertissent, camelij onerarij casu eis oblati, qua hostibus instabant: ubi equi etiam odore affectuque insuctorum animalium consternati haud facile secessoris arbitrio se dirigi patiebantur. Huniadianum in diuersum fortuna suorum abstulerat. Namque undique intentus, & labiorib[us] ubique propere accurrens, ad medium vallem processerat, ubi sinistra acies impressionem hostis vix sustinebat. Cæterum restituto illic prælio, de rege sollicitus, cuius iuuenilis animus periculo se audacia suspicionem faciebat, inuenit eum ad Ianizaros pedestre militum genus penetrasse, ibique pugnantem substitisse. Magnavis non hominum modo, sed equorum etiam cederat.

cidenat. Alijs gladio confosisis, alijs detruncatis cruribus ad ternam prouolutis. Nec iam solum, sed cadauerum strages pugnando calcabatur, adeoque concitatis animis instabant, urgebantque vicissim, et nubes, non studium vincendi videretur. Perrupit tamen Vladislaus aduersam aciem ablatusque inter hostes longe a suis, creditus est iam tum aut cæsus, aut captus. Itaq; haud multo post quom Turci terga iam verterent: Christiani quoq; ex diuerso, veluti, rege amiso, fugæse cōmittunt: atq; eodem tempore pars vtique cedere incepérat, adeo fortuna sua cuiq; erat ignota, in tam varia frequentiæ victoriæ inclinatioze. Sed ubi Ianizari Christianorum motum animaduertere, s̄istunt ipsi pedem pugnamq; instaurant. Huniadianus autem, qui videret trepidatione, ac formidine in suos conuersa, ubiq; ordines turbatos, fœdeq; a multis aciem deserit: concitato equo, per confertissimos hostes ad regem peruenit, patefactaq; suorum fuga, et pauore, ut retro se ageret obtestabatur, minime de rerum summa desperandum dicens, quippe adeo nros in acie perijisse, ut iactura vix apparitura foret, si prius quam superstites fugiendo dissparentur, ad munitiones, Et currus se cum illis reciperet. In vita ipsius non modo regna, quibus præerat, sed vniuersam quoque Europam Christianumq; nomen periclitari. Quom interea nihilominus acriter ille in hostem ferretur, cædem, Et fugam, quacunq; se verteret, ingentem faciendo, equus ingeti in latus vulnere accepto, præcipitem per armum dextrū effudit.

fudit. Nec mona, superuenientibus Ianizaris, telorum multitudine non tam confosus est, quam obrutus. Substitutus paulisper Huniadianus, corpus regium (si fieri posset) recuperaturus. Sed quom, reliquis effusissime diffugientibus, paucos admodum Valachos, qui remanserant, tam multorum impetum secum minime laturos intelligeret: ubi vnum, atque alterum conatum frustrari vidit, haudquaquam nefas dicens superesse aliquem post regis interitum, qui acceptam cladem vlcisci posset, ignominiamque, eam delere, ad suos retro se recepit. Indeque, quom post fugam iam pridem a Despoto initam, Julianus, desperatis omnino rebus, cedendum suaderet: sub ipsum crepusculum, per montes in vastam siluam se recepit. Multiique, alij, quos nulla prius aut trepidatio, aut fuga suorum a pugna auertenat, subsecuti sunt illum ad deserta et montes: inter quos Franco, et Julianus. Toties eo in proelio et fugere, et fugare vtrix, contigit, ut victoria tandem non sit a victoribus intellecta. Nam Turci, quorum fugam rex a primo congressu fucnat insecurus, trepidatione in ciuitates circutulerant, quasi de bellato exercitu, vicit or hostis ad eas oppugnandas, statim copias foret admoturus. Et qui pugnare ad noctem usque perseuerauerant, haud se usquequam civitate credentes, incertique quo se Christiani receperissent, dum silentium, quod erat intra currus, insidias credunt, biduo a direptione praedae abstinuere. In tota pugna regis virtus in primis enituit, ut pote in ultimo mortalium operum, quod esset obiturus. Omnia tum constantis ducis,

tum for-

tum fortissimi militis munera impleuit, occursando pa-
uentibus, retinendo cedentes, atque, ubi plurimum labo-
naretur, spem aliquam semper afferendo, consilio, manu,
voce, tam hosti insignis, quam suis conspicuus. Mortis
eius signa præcessunt. Dum armaretur, delapsa ma-
nu armigeri galca, & equi, cum insensu[m]o admouebatur,
fem[ina] insolitaq[ue] obluctatio. Præterea, instructis iam aci-
ebus, inter expectandum hostis aduentum, sereno tran-
quilloque caelo, atrox subito ventorum vis oborta plenaq[ue],
vexilla regiumq[ue], in primis dilaceravit, ab hastaq[ue] detra-
xit, & mox conquieuit. Et paulo post dimissum conuen-
tum, in quo decreta in Turcos secunda expeditio, cum qui
conuenerent se quisq[ue] ad se præparandos digressi essent:
mota est adeo vehementer terra, ut non priuatim tantum
ædificiorum partes, vt a solet, deiecerit, sed plenaque op-
pida pene tota, in prodigium usque, ad solum excusserit,
fluiorum etiam quorundam cursus, alueosque commu-
tauerit, tenueritq[ue] fama vulgo, propter subsecutam fru-
gum caritatem, vel semina, vel agros exinde degenerasse.
Quot ex utriusque acie ceciderint, haud facile numerus
iniri potuit. Nam per vallem, perque omnes colles cir-
cum, multiplex, et varia fuga magis, quam cedes fuit.
Multi in lacunam, & paludem delapsi, mersique, multi
late in silvis verribusque occisi. Turci, regio corpore in-
uento, modicæ altitudinis columnam, quæ hodie quoq[ue]
visitur, cum inscriptione rei gestæ in eodem loco statue-
runt. Hungari vero, & qui cum illis deserta petierant,

præter Valachos, locorum inscitia ægre ad Danubium
 peruenere. Si quos tamen fortuna illuc egit, fame, vi-
 gilia, siti, frigore, lassitudine cæterisque malis adeo pri-
 us afflixit, ut sæpe doluerint, quod non hosti potius iu-
 gulando se præbuissent. Errantes per solitudinem aut
 incidia dissoluit, aut ad ternas hostiles perlato seruitus
 excepit, maiorg, multo fuit erroris clades, quam pugnæ
 aduersæ. Iuliano interfugiendum vis illata, seu prædæ
 cupiditate, seu quia vulgo quasi auctor patronusq, per-
 fidie inuisus erat. Id constat, saucium seminudumq, in
 deuio saltu exhalantem animam, ab Sanoceo obequitan-
 te inspectum, admonitumque, id quod cunctus tandem
 planum fecisset, non fuisse deo cordi, ea, quæ contra fæ-
 dus, & iuriandum, more magis argutorum hominum,
 quam ex æquo, & bono disputasset, cum execratione re-
 lictum. Huniadianus, superato Danubio, cum paucis
 citatissimo itinere in Hungariam propenauit, ne rei ma-
 le gestæ fama seditionem tumultumque aliquem do-
 mi excitaret, aut Friderico, & Boemis, no-
 uandarum rerum in orbitate regni, oc-
 casionem simul, & consilium
 suggereret.







